



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

De gratia Christi Salvatoris Liber VII. Qui est secundus de libero arbitrio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

DE
GRATIA CHRISTI
SALVATORIS
LIBER SEPTIMVS.

Qui est secundus de libero arbitrio.

CAPVT PRIMVM.

Brevis recapitulatio præcedentium & propositio
sequentium

HACTENVS declaravimus generalem libertatis rationem, à qua dictum est liberum arbitrium, commune bonis ac malis, in eo sitam esse quod immune sit à necessitate coactionis, ut sanctus Bernardus, Magister Sententiarum, & ceteri locuti sunt, vel à necessitate qua non est in nostra potestate, sed etiam si volumus esse id quod potest, ut sanctus Augustinus, quamvis idem diceret, loqui maluit. Nam si aliquid coacte fieri dicatur, sive invito, sive volente renitenteque voluntate, sive quod non est in nostra potestate, ut fiat vel non fiat, idem omnino dicitur. Omnibus enim istis modis exprimitur id quod fit à principio extrinseco, nihil agente seu renitente voluntate, quæ est coacti definitio. Porro ista consideratio libertatis privativa est, quasi respectu termini à quo fit liberum. Cum vero arbitrium non dicatur liberum nisi respectu sui actus, quasi termini ad quem, hinc non contentus Augustinus privative expressisse libertatis naturam, eandem etiam positive explicuit, illum actum esse nobis liberum dicens, qui est in nostra potestate, sive quod idem est, sicut ipse interpretatur, qui fit cum volumus: quasi hoc liberum esse diceret quod habet actum in sua potestate: quam omnium Græcorum definitionem esse diximus, dum simpliciter liberam arbitrium vocant, τὸ ἀεὶ ἐκούριον, & liberum τὸ ἐφ' ἡμῶν. Porro valde legitima & oportuna est ista Augustini expositio, quia exprimit contradictorium ejus à quo dicebatur esse liberum, scilicet cogentis necessitatis. Cum enim coactum sit id quod non est in arbitrij potestate, quod fit cum volumus (id est renitente passo) merito

liberum dixit id esse, quod est in nostra potestate, quod fit cum volumus; qua de causa sanctus Bernardus & Scholastici veteres magno consensu dixerunt, voluntatem in omnibus Deo, Angelis, hominibus, beatis, damnatis æqualiter esse liberam, quia omni cogente necessitate superiorem, ut hanc ob rem Græci liberum arbitrium ἀδεδούλωτον id est, indomitum seu servitutis impatiens appellaverint.

Sed quamvis ita sit, ut voluntas semper à necessitate cogente libera sit, non tamen idcirco existimandum est, voluntatem quolibet actus etiam voluntatis habere semper re ipsa in sua potestate. Ad quosdam enim actus voluntas in certo statu profus impotens est, et si ad oppositos non cogatur, quod in Deo, & beatis, in damnatis & infidelibus apertissimum est. Nec enim illi Deum odisse, vel quoquo modo peccare, nec hi diligere possunt. Per hoc ergo quod dicitur actus privative liber à cogente necessitate, exprimitur quidem quod non fit extra potestatem, non tamen sic explicatur, per quid positive ponatur in nostra potestate, vel unde fiat quod illam potestatem respectu unius actus voluntas habeat, respectu alterius careat, cum quoquod sese vertit, semper à coactione sit expedita. Dantur enim quædam impedimenta, vel quasi vincula voluntatis, à quibus subinde se expedire non potest; vel quia nunquam vult, vel velle potest; vel quia non satis fortiter vult, nec fortius velle potest. Dantur & adjumenta voluntatis quibus fit ut velit, vel si jam velit, ut robustius velit. Quicquid ergo vel dissipat impedimenta, vel confert adjumenta voluntatis, hoc voluntatem non privative respectu coactionis (hoc enim semper & quasi essentialiter possidet) sed quasi positive liberam respectu certorum actuum facit, ad quorum oppositos

oppositos est liberrima. Quamquam & in ipsa consideratione aliquid negativi necessario includatur. Nec enim intelligi potest, quod voluntas ad certum genus actuum sine coactione exercendorum fiat expedita, nisi simul ab impedimentis & vinculis eorum intelligatur liberari. Quamobrem duo hic disquiren-

da sunt. Primum quid sit illud quod voluntatem potentem ad actus liberos facit, seu quid sit quod facit actum in arbitrij potestate: alterum circa quos actus & objecta versetur libertas voluntatis, finem an media, bonum an malum, & quam actuuum suorum indifferentiam postulet.

CAPVT SECVNDVM.

Est aliquid, præter nudam facultatem voluntatis, quod actum etjam voluntatis ponit in arbitrij potestate & illud facit velle.

QUÆRIMVS hic igitur, quid sit illud quod nos velle vel nolle facit, quo actus aliquis voluntatis (de actibus enim imperatis nulla difficultas est) ponitur in potestate voluntatis, seu, quid voluntatem ad actus aliquos liberam & potentem facit, ita ut sine eo velle non possit. Nam si nihil aliud est præter ipsam potentiam voluntatis, nulla ratio est, cur beati Angeli, & (quod absit) Deus ipse jam peccare non possit; nulla ratio cur damnati Deum diligere non possint, vel ipsi homines in hac vita non tantum diligant, quantum à se diligendum esse, & in hac vita diligere posse, totis visceribus optant & clamant. A liquid est igitur præter voluntatem, quod voluntatem ipsam vel impedit vel potentem facit, ut unum objectum omnino velit, & quantum satis est velit, & ut alterum nolit, vel non quantum satis est nolit.

Dico igitur sancti Augustini principiis insistendo, aliquid omnino esse præter nudam facultatem voluntatis, quod eam facit velle vel nolle, quo omnino absente sit impotens, præsentem potens, sive ad bonum sive ad malum. Hoc qui negat prima Christianæ fidei fundamenta concutit, quæ indubitanter docet, actus quosdam esse omnino extra potestatem voluntatis, nisi Deus potestatem ipsam voluntati per suam gratiam largiatur: esse quædam impedimenta voluntatis, quæ nisi dissipentur, fieri nullo modo posse ut voluntas velit, multo minus ut fortiter velit. Ita quippe firmiter, quamvis mirabiliter, quibusdam viscosis & voluntarijs vinculis voluntas certis objectis implicari potest, ut ea nulla omnino sua propria potestate dirumpere possit aut velit. Probat hoc invidet experientia quotidiana, qua videmus aliquos incredibiles difficultates perpeti, ut alio suam voluntatem transferant, quo transferendam esse judicant, & omnibus medullis voluntatis quantas habent volunt. Neque tamen obtemperat voluntas voluntati. Quid ita, nisi quia voluntas pennas visco ligatas habet, quod non potest adhuc contraria voluntate dirumpere? Poterit autem cum potestatem ille qui solus potest, voluntati dede-

rit. Cujus rei nullum illustrius exemplum occurrere potest, quam illa celeberrima lucta sancti Augustini, cujus ipse testis est irrefragabilis: Ego fremebam spiritu indignans turbulensissima indignatione quod non irem in placitum & pactum tecum Deus meus in quod eisdem esse, omnia ossa mea clamabant, & in celum tollebant laudibus: Et non illic ibatur navibus aut qua trigis &c. Nam non solum ire, verum etiam perverire illuc, nihil erat aliud quam velle ire, sed velle fortiter & integre, non semisauciam hæc atque hæc versare & iactare voluntatem. Et adhuc uberius: Tam multum ergo feci, ubi non hoc erat velle quod posse, & non faciebam, quod & incomparabili affectu amplius mihi placebat, & mox ut vellem possem, quia mox ut vellem atque vellem. Ex quo conatu Augustini facile videt quilibet, quantum vinculum fuerit, quod tam serio volentem voluntatem detinebat & ligabat, ut illud non posset rumpere. An forte non erat vinculum quod retrahebat à fortiter

volendo voluntatem? Dicat ille qui expertus est: Sic egrotabam & excreciabam accusans meipsum solito acerbius nimis, ac volvens, ac versans me in vinculo meo, donec abrumperetur totum, quod iam exiguo tenebar sed tenebar tamen. Et iterum: Sontiebant me ab eis teneri, & iactabam voces miserabiles. Quamdiu, quamdiu, eras & eras? Quare non modo, quare non hac hora finis turpitudini meae? Dicebam & flebam amarissima conuisione cordis mei. An forte non conabatur voluntate vinculum voluntatis abrumperere? Quid sibi vult ergo tantus fletus, tanta indignatio, tantus fremitus ejus aduersum se, quid incomparabilis ille affectus vinculi dirumpendi? Ipse testis sit conatus sui: Dicebam enim apud me intus. Ecce modo fiat, modo fiat. Ecce propositum voluntatis & conatus imperium. Et item conabar & paulo minus ibi eram, & paulo minus iam tanquam attingebam, & tenebam & non ibi eram. Ecce luctam, ecce conatum, si quis unquam peccator adhibuit, obnixissimum. Sed vinculum voluntatis vetus fortius erat, quam ut omnibus voluntatis illius novæ viribus cederet: Plusquam in me valebat deterius molitum, quam melius insolitum. Vinculo enim desiderij concubitus, inquit, artissime tenebar. Et utramque voluntatem comparans inter se: Velle meum tenebat nimis, & intus

Lib. 8. conu. fess. 8.

Lib. 9. conu. fess. 11.

ibid. c. 18.

Cap. 6.

Cap. 5. & inde mihi catenam fecerat & constrinxerat me. A Vides arbitròr vinculum quod à volenda seu diligenda fortiter castitate retrahebat & impediēbat. Nunc intueere conantis in contrarium voluntatem: *Voluntas autem nova que mihi esse ceperat, nondum erat idonea ad superandam priorem vetustate roboratam.* Nescio an quippiam afferri possit evidentius, ad ostendendum quadam esse vincula seu impedimenta viscosa voluntatis quibus fortissime ligatur, ne in certos actus liberos possit surgere. Dices forte, ea umpere potuisse Augustinum si voluisset: nihil verius, sed ad habendam tantam voluntatem nondum idoneus erat, quia nondum data erat. *Cap. 8.* Ipsum enim velle, ut ibidem dicit, erat posse. Sed quia tantum velle non habebat, ideo & potestate carebat, secundum quod ipse dicit: *Voluntas nova nondum erat idonea ad superandam priorem, donec cœlitus paulo post inspiraretur efficacior.*

Prosper. cœm. de inst. 2. c. 40.

*Nec iam captivos oculos extollere in altum.
Sponte potest: quoniam hoc etiam spoliantē tyranno
Perdidit, ut quanto iaceat sub vulnere norit.*

Magis autem amissit, ut velit surgere, A multoque maxime, ut possit, ut in eodem libro non semel docet. Nihil igitur evidentius est, quam esse vincula quadam voluntatis, quæ voluntatem ipsam à volendo certum genus actuum retrahunt & impediunt, ita ut tunc velle non sit in ipsius potestate, nisi tunc tantum, quando illa potestas aliunde datur, *Scen. 1.* Scripturam propter illam causam dicente: *Dei illis potestatem filios Dei fieri, quod non sunt nisi voluntate.* Sed in dæmonibus ac damnatis res omni proflus controversia caret. Certissimum est enim, eos illud bonorum actuum genus nec velle, nec posse velle propter insolubilia voluntatis vincula, quæ deficiente illo principio, quod voluntatem facit huiusmodi actus velle, rumpere nec possunt neque unquam volunt:

Iam vero in beatis creaturis res ista æquè

Sed hoc exemplum est hominis iam volentis, qui glutinosis vinculis impeditur, ne satis fortiter velit. Sunt alia vincula seu impedimenta, quæ nec tenuiter velle sinunt. Qui res humanas attentius exploraverit, nihil inveniet manifestius. Vnde enim alioquin in hominibus fide destitutis tam voluntarius, tam præceps, tam pertinax animi motus in carnales voluptates, ut non solum non habeant potestatem exuendi se, sed nec tenuissimam voluntatem, imo summam felicitatem putent, illis tantum bonis, quibus ignorant meliora, frui, summam miseriam exui? Ipsa fides nos docet neminem non solum ex eis posse sine fide, quæ caret, surgere, sed nec velle surgere. Quo enim pacto ex eo surgere volent, ex quo surgendum nesciunt? Nam ut optime sanctus Prosper Christianæ fidei fundamentis canit:

perispicua est. Nam quod nec illæ à diligenda æterna veritate cessant, aut cessare possunt, aut volunt, nec vanitatem creaturarum diligere possunt, aut volunt, non aliunde accidit, nisi quia vinculo quodam delectabili constrictæ sunt, quod abruptere neque voluntas neque potestas est; ut hac de causa non sit amplius in earum potestate, & proinde nec liberum. Sed quid illud est, quod tantam vim habet in liberam voluntatem, ut quantumvis nunquam cogi possit, vel in illos actus nisi libero profusio motu, hoc tamen vinculo impedita in illos ipsos actus ad quos cogi nequit, liberè se flectere & progredi nequeat, hoc est, quid sit illud iuxta doctrinam sancti Augustini, quo deficiente actus aliquis non est re ipsa in voluntatis potestate, & quo præsentem ponitur in ejus potestate, ita ut ejus præsentia nos velle faciat, absentia nolle?

CAPVT TERTIVM.

Delectatio efficit voluntatem & libertatem, hoc est, facit velle & liberè velle.

QVAPROPTER lustratis diligenter fundamentis Augustini, quibus tota doctrina de arbitrij libertate nititur, nihil aliud existimamus quam cognitionem ac delectationem, seu delectabilem objecti complacentiam, esse id quod tantam potestatem in liberum arbitrium habet, ut eam faciat velle vel nolle, seu, ut ea præsentem actus volendi sit re ipsa in ejus potestate, absente non sit. De cognitione hic non multum solliciti sumus. Illam enim ad volendum esse necessariam, vix quisquam dubitat,

A Nam inde est illud Aristotelis ac Damasceni ab omnibus admissum, quod ignorantia non minus quam coactio, seu violentia faciat involuntarium, vel certe quod huic loco sufficit, non voluntarium. Nemo quippe velle potest quod ignorat, de delectatione tota quæstio est. Rem tamen istam etiam de delectatione creberrimè Augustinus tanquam certissimam sibi quæ exploratissimam docuit. *3. Esch. 2. Damasc. lib. 2. or. 2. 2. 2.* Nonnulla tamen delibatur hoc loco sumus, quia multa in alium locum opportunius & fusius digessimus, *vide lib. de grat. Christi Salvat. a. 1. usque ad 11.*

Igitur

In libro primo ad Simplicianum questione secunda ex professo disquiri, unde contingat quod voluntas unius ad rem aliquam sibi propositam non moveatur, ultimam radicem illam esse tradit, quia delectatione destituitur: ut autem amplectatur aliquid quod non delectet, fieri nullo pacto potest: *Quis habet, inquit, in potestate tali viso attingi mentem suam quo eius voluntas moveatur ad fidem? Quis autem animo amplectitur aliquid quod eum non delectat? Aut quis habet in potestate, ut vel occurrat quod eum delectare possit, vel delectet cum occurrerit?* Ecce rem ab ipsis fundamentis resolutam, defectum delectationis esse causam; cur voluntas non moveatur nec moveri possit ad amplectendum aliquid. Quod instantius paulo post iterum repetit: *Restat ergo ut voluntates eligantur. Sed voluntas ipsa nisi aliquis occurrerit quod delectet atque movet animum, moveri nullo pacto potest.* Hoc autem ut occurrat non est in hominis potestate. Et in libro de Spiritu & littera, tanta hoc asseverat certitudine, ut nemini ignotum esse posse declarat: *Quis nesciat non esse in hominis potestate quod sciat, nec esse consequens, ut quod appetendum cognitum fuerit, appetatur, nisi tantum delectet, quod diligendum est?* Vbi magnitudo delectationis mensura dilectionis asseritur. Quod evidentius inculcans ibidem dicit: *Fieret enim, perfecta scilicet vita, sine ullo omnino peccato, si tanta voluntas adhiberetur, quanta sufficit tanta rei. Sed quid causa est, ut tanta voluntas non adhibeatur tantæ rei? Effet autem tanta si & nihil eorum que perferunt ad iustitiam nos lateret, & ea sic delectarent animum, ut quicquid aliud voluptas sive dolor impedit delectatio illa superaret.* Vbi pari profusus modo defectum delectationis, sicut defectum scientiæ causas ponit, cur voluntas tanta non sit, quanta sufficit ut quilibet impedimenta superentur. Quare in eodem libro de utraque causa similiter dicit: *Cum id quod agendum est, caperit non latere, nisi etiam DELECTATIO & atque non agitur, non suscipitur.* Imo si etiam agitur & suscipitur, deficiente delectatione mox desinitur, juxta id quod alibi dicit: *Si nullam munditiam, desecimus.* Et in libris de peccatorum meritis & remissione cum causas volendi nolendique similiter indagaret, duas illas similiter profert, sive quid libet, inquit, sive quia non delectat. Et ratione n. subijcit: *Tanto enim quidque vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit, novimus, eoque delectamur ardentius. Ignorantia igitur & infirmitas (id est defectus delectationis) vitia sunt quæ impediunt voluntatem, ne moveatur ad faciendum &c.* Nihil evidentius tradi posset, quam istam doctrinam Augustinus tradit, & in omnibus operibus suis ab initio vitæ suæ Christianæ usque ad finem uniformiter. Unde in Tractatibus in Ioannem illud Poëtæ tanquam ex fundo veritatis haustum, trahit suam quemque voluptas, approbat. Porro si Poëtæ, inquit, dicere licet, trahit suam quemque voluptas non necessitas, sed voluptas, non obligatio, sed de-

lectatio; quanto magis nos dicere debemus trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita.

Cum igitur vera causa, cur arbitrium ad appetendum aliquid moveatur, sit delectatio qua intrinsecus in ipsa voluntate mulectur, hinc est, quod consequenter Augustinus tradit tam in appetendo, quam in omittendo peccato voluntatem delectatione liberam fieri. Cum enim hoc sit liberum Augustino, quod est in potestate seu quod sit cum volumus, necesse est illud ipsum quod arbitrio volendi nolendique causa fuerit, etiam causam esse libertatis. Sic igitur de libertate ad peccandum, seu quæ in peccatis eligendis apparet, Augustinus loquitur, cum liberum arbitrium in peccatoribus juxta doctrinam eius perisse diceretur: *Liberum arbitrium usque adeo in peccatore non perit ut per illud peccent maxime omnes qui cum delectatione peccant, & amore peccati hoc eis placet, quod eis libet.* Et iterum in eodem loco: *In malo liberum habet arbitrium cui delectationem malitia vel occultus vel manifestus deceptor inseruit, vel sibi ipse persuasit.* Et rursum enucleatius: *Neque enim agit in eis etiam qui suadet & decipit, nisi in peccatum voluntate committant, vel ignorant a veritate, vel delectatione iniquitatis, vel utroque malo & cecitatis & infirmitatis, vid est, vitiosa delectatione qua mens ad bonum infirma redditur.* Et adhuc instantius & apertius: *Est voluntas que libera est in malis, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est quia liberata non est, id est, non est expedita duobus illis vinculis quæ impediunt ne velit bonum, hoc est, ne illud vellet habeat in potestate. Verumque eodem modo docet in Enchiridio ad Laurentium: *Qua cum vera sit, qualis queso potest servi addicti esse liberis, nisi quando eum peccare delectat? Libenter enim servu qui sui Domini voluntatem libenter facit. Ac per hoc ad peccatum liber est.* Et cum dixisset eum qui talis est, nondum esse ab illis vinculis liberatum à Deo, adjicit: *Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quicquam de libero arbitrio in bono gloriatur opere, qui nondum liber est ad operandum bene.**

Ex hoc generali principio ulterius Augustinus saepe docet, idcirco voluntatis consequentium ad peccandum tribui vel non tribui, quia voluntas delectatione peccati mollietur aut destituitur, aliâque fortiore possidetur: *Quæro, inquit, quid alluciat animæ consensionem, an trahat illa castitatem & propterea consentire dicitur, quia eius aliqua delectatione moveatur ad fruendum. Quod si ita est non est consequens ut propterea malum dicatur, quia non recte diligitur.* Et tractatu quadragésimo sexto in Ioannem: *Delectavit quid malum est, consensisti peccati.* Et in sermionibus de verbis Apostoli dicit quod *quicquid est peccatorum in dictis, in factis, in cogitationibus, non exoriatur nisi ex illicita delectatione.* Hinc alibi de peccatoribus causa peccandi rogatis: *Quid, inquit, aliud sermone veritatis respondent omnes flagitiosi & facinorosi.*

lib. 1. q. 2. ad Simplicianum.

lib. 1. q. 35. de Spir.

lib. 1. q. 3. de Spir.

lib. 1. q. 8. de Spir.

lib. 2. de peccat. mer.

lib. 1. q. 26. in Ioan.

lib. 1. ad Bonif. 1. 2.

Cap. 3.

Cap. 30.

lib. cont. Secund. c. 10.

Cap. 1.

lib. de Baptis. c. 10.



secundum homines, cum ees veritas arguit, nisi hoc solo, hoc me delectat? Et in daemionibus ipsis in perpetua peccati voluntate permanentibus, eandem delectationem eius rei causam esse satis evidenter exprimit, quando dicit, quod eos perpetua peccandi voluptas tenet.

Lib. 3. de lib. arbit. cap. 5.

Serm. 5. de verb. Apost. cap. 9. Cap. 10.

Lib. de Con. tis. cap. 8.

Lib. 22. de Civit. c. 30.

Lib. 14. c. 9. Lib. 11. de Gen. ad litt. c. 7.

In cap. 5. Epist. ad Galat.

Ibid.

Lib. 1. de nap. cap. 30.

Nec solum, ut voluntas peccet, sed etiam ut peccare nolit, eadem efficacia bonae delectationis vel defectus mala operatur: Delectat uxor aliena & non annuit, mentem avertit in secretarium mentis intras &c. Nolo, inquit, non facio. Puta, quia delectat non facio. Habeo cui condelecter. Et paulo post: Si mens non consentit peccato titillanti, blandienti, si mens non consentit, quoniam habet alias meritis delectationes suas, delectationibus carnis ex nulla parte conserendas. Et alibi: Et bonum fit, cum id quod male lubet, vincens bonae delectatione non fit. Quae doctrina usque adeo apud Augustinum certa est, ut hac de causa nec beatorum arbitrium in caelo peccare posse testetur, quia illos peccata amplius delectare non poterunt, & ipsa delectatio non peccandi erit in eis perpetua stabilitate firmata: Nec ideo liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum a delectatione peccandi ad delectationem non peccandi inclinabilem liberatum. Quae de causa dicit in libris de Trinitate: Temperantia erit in caelo nullo defectu noxia delectari. Et de Genesi ad litteram: Sicut ergo vera ratio docet meliorem esse naturam, quam profusus nihil delectat illicitum; ita ratio vera nihilominus docet etiam illam bonam esse, quae habet in potestate illicitam delectationem, si extiterit, ita cohibere, ut non solum de ceteris licitis recteque factis, verum etiam de ipsius pravae delectationis cohibitione laetetur. Nempe per aliam delectationem calidius defluentem. Quemadmodum enim voluntas sine praeviente delectatione, velle vel consentire nequit, ita nec pravam delectationem sine aliqua maiore delectatione & meliore compescere. Ex eadem quippe radice utrumque pari necessitate nascitur, pari certitudine ab Augustino traditur: Regnant ista bona (id est, fructus Spiritus) si tantum delectant, ut ipsa teneant animum in tentationibus ne in peccati consensionem ruat. Quod enim amplius nos delectat, secundum id operentur necesse est. Ut verbi gratia occurrat forma speciosa summa, & movet ad delectationem fornicationis: sed si plus delectat pulchritudo illa intima & sincera species castitatis, per gratiam qua est in fide Christi, secundum hanc vivimus & secundum hanc operamur. Et causam reddens cur in quibusdam non regnent seu dominantur opera carnis, hoc est, peccata: Maior enim & praevalentior eorum delectatio iustitia est. Ex quo fit ut in libro de Nuptijs in hac prava delectationis immunitate verissimam arbitrij libertatem a volendis actibus immunitas obtineri nequit, nisi per praevalentem iustitiae delectationem, altera deleatur: Ibi sumus veraciter liberi, ubi non delectatur iniquitas. Nimirum quia delectatio non fo-

lum arbitrium liberum ad actus malos facit, ut in praecedentibus ex Augustino demonstravimus, quos sine delectatione velle non potest, sed etiam ad actus bonos juxta illud brevissimum & verissimum: Libertas delectat, delectat te, & liberat. Quae nobilissima fulgentissimaque sententia hic contenti erimus. Nam propter peculiare difficultates quae libertatem arbitrij ad bonum opus implicatam tenent, alibi hac de re fusus tractaturi, & eam innumeris testimonijs, si opus fuerit ex Augustinianae doctrinae fundamentis asserturi sumus.

Haec igitur omnia, nisi fallor, perspicuum generaliter faciunt, quid Augustinus de voluntate sentiat. Nimirum non aliter posse moveri voluntatem ad bonum, nisi quia delectatur bono, quia dulcescit, quia arridet & placet: quae delectatione & complacentia si destituitur, velle nullo pacto potest. Quod quamvis Augustinus non toties tamque asseveranter & indubitanter diceret, quis experientia convictus propria non fateatur? Nam quis aliquid amplecti potest quod non delectat, quod animo averlatur? Unde & Aristoteles, ἀρετων ἐπιδοσει, Involuntarium est cum tristitia. Indicans ibidem voluntarium esse quod fit cum voluptate. Quod si delectatio boni velle facit, delectatio quoque ponit actum in potestate voluntatis, hoc enim est in nostra potestate quod fit cum volumus, & hoc ipso etiam liberum facit, ut non solum ex Augustini principijs jam ab initio hujus Tractatus, fusius explicatis patet, sed etiam, ut jam audivimus, disertissimis & saepe repetitis verbis Augustinus inculcat, Quae si vera sunt, sicut juxta sanctissimi Doctoris principium verissima sunt, non poterit amplius de eius mente dubitari, quae eum sentire & constanter docere diximus, libertati arbitrij solam necessitatem coactionis, seu quae est nolumus, efficit id quod potest, esse contrariam, omnemque actum voluntarium seu spontaneum, hoc ipso esse liberum. Hoc enim ipsum quod voluntatem sponte velle seu consentire facit, hoc eam, ut vidimus, etiam liberam facit.

Si vero seposita tantisper Augustini auctoritate, rem ratione metiri voluerimus, inveniemus eam huic ipsi suffragari quod docuit, ut voluntatem ita & libertatem ex delectationis fonte proficisci. Nam omnium iudicio, quod Philosophus expressit, id liberum est, quod est gratia sui. Hoc est enim oppositum servi, qui non est gratia sui, sed Domini, ut idem in politicis tradit. Jam vero nihil omnino fingi in natura humana potest, quod magis sit gratia sui, quam delectari bono, seu bonum placere & arridere voluntati. Nam si quempiam interroges, cur hoc vel illud velit aut agat, per circuitus ad tandem veniet, quia placuit, quia arrisit mihi, quia delectabar. Quod si perrexeris rogare, cur eligat id quod placet, vel quod

Tract. 41. lib. 1. can. 10.

3. Ethic.

1. Metaph.

Lib. 1. Polit.

vel quo delectatur, inepta & ridicula censetur interrogatio, nec responso digna, ut quod non habeat nec habere debeat aliam causam, per se enim notum est complacere & delectari bono, esse gratia sui: & ideo liberum & causa omnis libertatis in actibus voluntatis, Et inde nascitur, quod sicut delectationi opponitur tristitia, & complacentiae displicentia, ita etiam secundum Augustini mentem,

A liberum coactio. Nam ad quod aliquis coactè trahitur, hoc fit cum displicentia, & vice versà, quod fit cum displicentia, eò coactè trahi, non liberè ire dicitur; & pari passu, quo major est displicentia, eò magis coactum est, quò minor, eò minus. Et hinc dicimus, coactus fui, non fuit mihi liberum, hoc est, non fuit in potestate.

CAPVT QVARTVM.

Libertas Augustino maximè versatur circa finem, & quare.

VT vero mens Augustini adhuc uberius de ista libertate pateat, operæ pretium est disquirere, circa quid libertas Augustino nota, velut objectum versatur, circa finem, an ea quæ sunt ad finem, recentioribus enim plerisque, nulla omnino libertas nota est, nisi quæ circa ea quæ sunt ad finem exeratur. Quod si quos ejus motus erga finem esse concedatur, finem in ordinem ejus quod ad finem est, trahere profitentur.

Augustinus vero directissime contraria incedit via, quia contrariis, quam recentiores principijs nititur. Docet enim esse maximam circa finem voluntatis libertatem; nec aliter, nisi retractando principia sua quibus arbitrij libertatem asseruit, docere potest. Cum enim hoc sit liberum, quod sit cum volumus, ibique primitus & maximè sit ipsum velle, sicut ipse loquitur, profecto necessarium est, maximam circa finem esse libertatem; finem enim maximè volumus, quia propter se volumus. Rursum cum id sit liberum, quod est gratia sui & non servit alteri, necesse est in appetitu finis maximam esse libertatem, quia maximè est gratia sui, cui motus in ea quæ sunt ad finem necessario servare debet. Deinde cum id sit liberum quod delectat: Delectat te, inquit, & liber es. Ibi enim finis veraciter liberi, ubi non delectantur invitit, ut supra latius vidimus: necesse est motum illum esse maximè liberum, qui maximè delectabilis est. Talis est autem circa dubitationem omnem voluntatis motus in finem; omnis quippe motus in ea quæ sunt ad finem, quatenus talis, tristitiam admixtam habet, quia nolle id quod est ad finem, si sine illo posset pertingere ad finem. Denique quod ex præcedenti nascitur, cum id sit maxime liberum Augustino, quod minime coactum, seu vi necessitatis extortum est, necesse est motum in finem esse maxime liberum, quia maximam voluntate, minimam necessitate provocatum. Medium enim, ut medium, non tam voluntarium quam necessarium est, respectu alterius concupiti, ut nonnunquam Augustinus monet. Hæc principia perpetuò Augustinus intueri solet, quando de libertate loquitur, ideoque sem-

A per libertatem collocans respectu finis, & ejus quod per se & quod delectabiliter appetitur. Nam hinc illæ locutiones profectæ sunt, per quas supra vidimus libertatem arbitrij, sive bene agentis, sive peccantis, in motu voluntatis delectabili collocari. Hinc alibi surgens alius usque ad ipsam beatissimam contemplationem, quæ juxta doctrinam ejus maxima ex parte voluntatis fruentis opus est: Ad istum, inquit, fructum contemplationis cuncta officia referuntur actionis. Solus est enim liber, quoniam propter se appetitur, & non referatur ad aliud. Hinc servit actio. Ad hunc crescitur quicquid bene agitur, quia propter hunc agitur: ipse autem non propter aliud, sed propter semet ipsum tenetur & habetur, ubi enim finis qui sufficit nobis. Et quia præter illum ultimum omnium nostrarum actionum finem, non desunt alij fines ultimo subordinati hinc est, quod alibi, & in alijs finibus qui propter delectabilem sui complacentiam appetuntur, similiter libertatem tribuit. Nam de illis loquens qui membra non ob aliud assequendum movent, sed solum ut ipso motu delectentur, sic interrogat discipulum quicum disputat: Quando ergo censes aliquam rem præfate, & quasi dominari cum propter se ipsam, an cum propter aliud appetitur? Cui alter: Quis negat cum propter se ipsam? Rursum Augustinus: Vide utrum magis habere fidem debeat hoc nomen (scilicet peritia movendi) in eo motu qui velut liber est, id est, propter se ipse appetitur, & propter se ipse delectat: an in eo qui servit quodammodo. Nam quasi servit omnia, quæ non sibi sunt, sed ad aliud aliud referuntur. Quam doctrinam in sexto li. 10. repetens: Ratio, inquit, primo, quid sit ipsa bona modalitas, consideravit, & eam in quodam motu libero, & ad sua pulchritudinis finem converso esse perspexit. Quia igitur finis maximè appetitur, maximè delectabilis est, & motus in finem maximè voluntarius, & sponte non extranea consideratione extortus è voluntate fuit, hinc est, quod ille quoque motus Augustino maxime liber est, & in illo motu arbitrium maxime liberum. Et vice versà quia motus in ea quæ sunt ad finem, ipsa finis expectiti necessitate extorquetur, quem nisi finis suo

Tract. 101.
in Joannem.

Lib. 1. M.
sive cap. 2.

Cap. 10.

Lib. de Spir. l. i. c. 31.

Ibid.

Psal. 134

Ibid.

quodam modo flagiraret, nullo modo voluntas veller, hinc fit quod ille quoque non tam liber neq; tam voluntarius ab Augullino, sed *necessarius* appelletur; sicut & ipsa media ab ipso non bona, sed necessaria nuncupari solent. Nam de voluntate quam quispiam ad malum exadendum, seu quod idem est, ad bonum, cujus ablatio periclitatur, conservandum suscipit, qui alteri voluntati servit ut fini: Si facit, inquit, non quidam plenâ & liberâ voluntate, sed tamen non facit nisi voluntate. Ecce plena voluntas quæ scilicet in bonum per se fertur, libera voluntas dicitur, quia maxime libera, non extorta per necessitatem, seu non coacta. Alteram vero non liberam vocat, quia non plene libera est, sed extorta aliqua necessitate. Nam aliquo modo esse simul liberam in eodem loco satis aper e proficitur, dum docet quid sit aliquam actionem habere in potestate, quam scilicet si vult facit, si non vult non facit. Sed quia motum in finem maxime omnium si vult facit, quia cum vult utique vult, illum quoque maxime idcirco ponit in potestate voluntatis & maxime liberam. Sed præclarissime, quod libertas voluntatis circa finem, non circa ea quæ sunt ad finem occipitur, in Psalmum centesimum trigessimum-quartum disserit, ut id exponeret quod de Deo Psalmus dicit: *Omnia quæcumque voluit fecit: Non omnia quæ fecit coactus est facere, sed omnia quæcumque voluit fecit. Causa omnium quæ fecit, voluntas eius est. Facis tu domine: quam si nolles facere sine habitatione remaneres. Necessitas scilicet finis liberè desiderati coegit te facere domum, non libera voluntas. Facis vessem, quia si non faceres, nudus ambulares. Ad faciendam ergo vessem necessitate dueris, non libera voluntate. Conseru montem vitibus, semen spargis, quia nisi scieris, alimenta non habebis. Omnia hæc necessitate facis, Deus bonitate fecit (id est voluntate amante) & nullo quod fecit eguit. Ideo omnia quæcumque voluit fecit. Et adhuc ubertius atque planius: *Puta habemus & nos quod libera voluntate facimus; ea enim quæ diximus ex necessitate facimus: quia si non faceremus egentes & imopes remaneremus. Invenimus aliud quod libera voluntate facimus? Invenimus planè cum ipsum Deum amando laudamus. Hoc e in libera voluntate fieri quando amas quod laudas. Non enim ex necessitate, sed quia placet. Vis amplius, inculcatus, sufficientius? Unde iustu & sancta Dei placuit Deum etiam flagellans eos &c. hoc est gratia amare non quasi proposita acceptione mercedis (quasi scilicet ex necessitate illam assequenda) quia ipsa merces tua summa deus ipse erit quem gratis diligas: & se amare debes ut ipsum pro mercede desiderare non desinas, qui solus te satiet. Sicut philippus desiderabat cum diceret: *Ostende nobis patrem & sufficit nobis. Merito quia hoc de libera voluntate facimus, & de libera voluntate facere debemus, quia delectati facimus, debuit amando facimus. Nam ipsam liberam voluntatem exponit per esse voluntariam non necessariam seu necessitate extortam. Voluntas enim opposita tali necessi-***

tati, & libera voluntas idem Augustino sunt. Sic ergo pergit in explicanda illa libera laudandi Dei voluntate: *Voluntarie sacrificabo tibi. Quid est voluntarie sacrificabo? Voluntarie laudabo te, quia sacrificium laudis, inquit, glorificabit me. Et in alium Psalmum eundem versiculum planius explicans: Voluntarie sacrificabo tibi nisi ex necessitate. Si enim propter aliud laudas Deum ex necessitate laudas. Si adesses tibi quod amas, non laudares Deum. Vide quid dicam. Laudas Deum verbi gratia ut det tibi amplam pecuniam. Si haberes alio de amplam pecuniam, non a Deo, nunquid laudares Deum? Si ergo propter pecuniam laudas Deum, non voluntarie sacrificas Deo, sed ex necessitate sacrificas; quia propter illum nescio quid amas, scilicet ut finem quem Dei laude consequaris. Non arbitror aliquid apertius & explicatius Augustinum asserere potuisse, ut declararet mentem suam, quæ sentit illam esse maxime voluntatem & liberam voluntatem cuius rem per se placemem ac delectabilem, hoc est, finem expetit: illam contra esse minime liberam, sed necessitate aliqua seu coactione necessitatis extortam, quæ medium assumit ut allequatur finem. Quæ de re plurima ferri possunt testimonio, tum ex libris de sermone Domini in monte, tanquam in Augustino vulgarissimo, tum alijs locis, nisi quæ protulimus omnem tergiversationem suâ claritate superarent. Mirantur hæc qui nullam libertatem cogitare consueverunt, nisi illam fluctuantem indifferenter, apud Augustinum sub libertatis nomine profusè incognitam, cum tamen mirâ consensione principiorum omnium Augustini cohereant. Cum enim necessitas quæ nobis invitis, seu ut Augustinus loquitur, *et si nolumus esse id quod potest*, hoc est, coactio, repognet diametraliter arbitrij libertati, eamque profusè in actibus imperantis voluntatis eveicat (nam in elicitis nunquam cadit aut cadere potest) hinc fit, ut quo actus, sive imperatus, sive etiam elicitus voluntatis, magis nobis invitis seu nolentibus fit, eo minus liber sit, ut qui plus participet illius cogentis necessitatis. Ex quo ulterius proficitur, ut omnis voluntatis motus qui in medium ad finem necessarium fertur, hoc ipso minus liber sit, quia quædam necessitate moraliter, seu secundum quid cogente voluntatem, extorquetur, cum aliter finem per se delectabiliter expetitum assequi nequeat. Non enim nunc voluntate medium diligente atque volente, sed pura necessitate fertur in medium. Hoc enim, ut Augustinus ait, *libera voluntate facimus quod delectati facimus, non enim ex necessitate, sed quia placet.* Huiusmodi vero motus in medium adhuc dupliciter contingit, vel ad assequendum bonum quod voluntas per se diligit, vel ad cavendum malum quod bono dilecto adversatur. De primo modo proxime locuti sumus, & causas dedimus, cur juxta sanctissimum Doctorem minus participet libertatis. Alter modus est, cum timor mali ad aliquod*

In Psal. in fine

lib. de grat. tit. 10.

lib. de grat. tit. 10.

lib. de grat. tit. 10.

lib. de grat. tit. 10.

lib. de grat. tit. 10.

lib. de grat. tit. 10.

lib. de grat. tit. 10.

amplectendum incitat, quod in se spectatum voluntas odit, ut cum proicit merces timore naufragij, vel servit Deo timore supplicij. Hoc secundum genus, quamvis Aristotele auctore, absolute voluntarium sit & liberum, quia tamen multo magis ab invitis seu nolentibus fit, quam istud primum quod jam diximus, multo minus etiam liberum est, quam cum simpliciter medium ad adipiscendum bonum eligitur. Qua de causa Augustinus dicere solet, quod ex timore fit, non fieri liberam voluntate, qualem videlicet respectu finis per se dilecti explicuimus. Sed de hac re inferius plura dicturi sumus. Vtriusque autem rei eadem ratio est. Nam sive timore mali, sive amore alterius boni aliquid assumitur à voluntate, non illud per se, sed aliud quippe diligitur, delectatur & placet: & idcirco Augustini sensu & phrasi, non libera, hoc est, non plene libera voluntate fertur in medium, quia non plena voluntate. Quidquid enim invitè facimus, nec nisi alterius amore vel ti-

more nos compellente facimus, hoc non liberè facimus, hoc est, ut Augustinus loquitur, non plenè & liberè voluntate. Quæ sanè omnia non ex alio principio fluunt, nisi quia, ut toto hoc tractatu demonstravimus, hoc est Augustino liberum, quod voluntarium, quod non necessitate coactionis extortum, quæ si fuerit absoluta, absolute destruit libertatem, sicut & voluntatem; sin tantum secundum quid atque moralis, secundum quid etiam & moralem destruit libertatem, quæ non liberè, sed invitè, coacti, nolentesque facere dicimur quod non per se diligimus, sed alterius rei necessitate nos compellente facimus. Quicumque aham libertatem arbitrij (qualis præsertim post Magistris Sententiarum tempora sub nomine libertatis defendi cœpit) in Augustini scriptis quærit, oleum & operam perdet, nec exitum ex labyrintho inextricabili plurimarum difficultatum inveniet. Et hæc sufficiant de natura libertatis generatim; nunc ad ejus divisiones intelligendas aliquid dicamus.

CAPVT QVINTVM.

Divisiones libertatis, in libertatem à necessitate, à peccato, à miseria. Item in libertatem à peccato, & à justitia. Quomodo se habeant ad veram arbitrij libertatem.

C ELEBRIS divisio libertatis est non solum apud Scholasticos veteres, sed & apud Magistrum Sententiarum quem secuti sunt, itemque Bernardum & Hugonem de Sancto Victore, in libertatem à necessitate, à peccato, & à miseria. Prima vocatur libertas naturæ, quia naturam in omni statu comitatur, altera gratiæ, tertia gloriæ. De duabus primis Augustino crebra mentio est, de tertia non item, ut quæ ad arbitrij libertatem parum faciat, nisi quatenus ad libertatem à peccato aliquo modo reducitur, & in eam redundat. Augustinus igitur Scripturarum sanctarum doctrina & phrasibus delictatus, bitembrem fere arbitrij libertatem facit. Dividit enim eam in libertatem à peccato, & libertatem à justitia. Libertas enim à necessitate seu coactione, seu natura quæ idem sunt, non est membrum à duabus illis libertatibus diversum, ut à plerisque existimatum video, sed aliquid ad utramque commune, & ab utraque inseparabile, sicut genus à speciebus suis. Nihil enim omnino vel à peccato, vel à justitia liberum esse potest, nisi simul naturali illi à arbitrij libertate, à coactionis necessitate sit liberum. Neque quicquam vice versò, à necessitate liberum est, quin in alterutrum istorum membrorum incidat. Ex quo fit ut in ista duo jam dicta membra sit divisio illius veræ & naturalis libertatis à necessitate coactionis, quam hætenus tractavimus, & præcipuè circa finem versari diximus. De duobus illis membris, prætermisâ libertate à miseria, necessario nobis disserendum est, tum quod in Augustini lucu-

brationibus sint celeberrima, tum vero in primis quod Scholastici, cum libertatem à peccato, de qua præcipue quæstio est, nominari vel ex Augustino allegari audiunt, nescio quam mysticam libertatem, & quæ nihil ad veram & naturalem arbitrij libertatem faciat, concipere solent; ut eam propterea in scriptis suis vix dignentur attingere, & si quid pro libero arbitrio de illa libertate ex Augustino proferatur, solemnibus responsio sit, eum loqui de libertate à peccato; quasi hoc ipso per se notum sit, nihil hoc spectare ad veram arbitrij libertatem. Quæ in re vel ipsos, vel Augustinum falli necesse est: cum in omnibus voluminibus ejus, quæ contra invidiosissimas Pelagianorum querimonias, de destructa per doctrinam ejus arbitrij libertate, exaravit, nulla penè unquam, vel nunquam alterius libertatis, quam à justitia & à peccato mentio reperitur. Hæc enim divisio ex sacris litteris Augustinus. Nam apud Ioannem Evangelistam Christus dicit: *Omnes qui faci peccatum servi sunt peccati &c. Si ergo vos filii liberaverit, vere liberi eritis.* Et in Epistola ad Romanos Paulus: *Cum enim servi essetis peccati, liberi fuisistis iustitia. Nunc vero liberati à peccato servi autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem.* In quem locum Augustinus: *Ecce ostenditur etiam peccato minime potuisse nisi à libertate servire, libertate scilicet à justitia.* Nam de libertate à peccato, utroque in loco perspicua mentio est, dum Paulus eos à peccato liberatos, & Christus vere liberos futuros esse promittit. Hinc divisionis istius amplitudinem atque sufficientiam

cientiam tradens: *Semper est autem in nobis voluntas libera, sed non semper est bona. Aut enim a iustitia libera est, quando servit peccato, & tunc est mala aut a peccato libera est, quando servit iustitia, & tunc est bona.* Vbi aperte docet inter libertatem à peccato & à iustitia, nullam omnino liberam voluntatem esse mediam, & proinde plenam esse & adæquatam liberæ voluntatis divisionem. Quod non solum de potentia voluntatis Augustinus verum esse sentit, quasi illa semper alterutri sive peccato, sive iustitiæ subiecta sit, sed maxime de voluntate ut significat motum voluntatis, de qua ibi sola questio est. Nam illa nunc semper in omni humano motu suo, vel peccato male agendo servit, vel benefaciendo, iustitiæ. Nullam quippe indifferentem æquam in individuo dari (quod & præcipui Scholasticorum docent) tanquam rem exploratam in illa divisione supponit.

Vi igitur divisionis illius natura percipiatur, memoria repetendum est id quod tam prolixè ex Augustino, Bernardo, ceterisque tum Patribus tum Scholasticis asserimus, libertatem arbitrii generalem & naturalem non esse aliam nisi à necessitate, quam eos solum coactionem intellexisse demonstravimus. Ex quo fit ut apud eos liber actus sit idem, qui non coactus, qui non fit nobis volentibus seu iniuriis, & qui hoc ipso est in nostra potestate. Hoc autem non est aliud, quam actus voluntarius seu spontaneus, prout voluntas voluntarium & spontaneum; juxta Damasceni doctrinam supra traditam, motum rationalem cum rationis advertentia & circumstantiarum cognitione designat, nec oriri potest in homine renitente voluntate. Solum hæc est differentia, quod non coactum, & non extra potestatem nostram, designent motum illum privative, prout non fit ab extrinseco; voluntarium, spontaneum; & in nostra potestate, significant eum positive prout fit ab intrinseco. Carere enim causa extranea cogente, non est satis ut actus voluntatis fieri intelligatur, nisi etiam suam causam internam habeat à qua fiat: quod magis nomine spontaneæ & in potestate positæ, quam non coactæ voluntatis exprimitur.

Libertatem autem utramque indicat, ut videlicet & privative non cogatur quasi sit extra arbitrii potestatem, & positive sponte fluat, & fit in arbitrii potestate. Actus porro liber quatenus positive spontaneus, & in potestate positus voluntatis inclinatione fluit, quamvis semper sine ulla coactionis necessitate fiat, impediri tamen & pro moveri potest, prout animi promptas & repugnantia respectu actus, seu id quod voluntatem ad velle vel nolle provocat & avocet, itemque potentem & infirmam facit, crescit atque decrescit. Hoc est autem, ut supra juxta constantem Augustini mentem declaravimus, delectabilis quædam arrisio seu complacencia objecti, quæ motus omnes voluntatis antegreditur & viam parat, sine qua omnino velle non potest, quantumvis sive velit sive nolit, sive velle possit sive velle non

possit, semper in ea generalis & naturalis illa ratio libertatis, quam explicuimus, integra sit, nullaque in alterutram partem necessitate cogatur: prout hoc accuratè in suo libro de gratia & libero arbitrio sanctus Bernardus tradit. Hoc igitur quod potentiam voluntatis ad volendum allicit, & quo magis accenditur implicaturque voluntati, eo ardentius constantiusque allicit, duplicis duntaxat rationis est, respectu boni scilicet vel mali. Bonum enim & malum in moribus, ad quos ex veritate & honestate formandos, ut tandem ultimo & vero suo fruatur bono, voluntas naturaliter condita est, adæquatè totum objectum voluntatis exhauriunt, ut propterea necesse sit, voluntatem rationalem alterutro delectari, vel bono vel malo. Bonum illud est iustitia, malum peccatum, prout affectiones ipsas voluntatis denotant, vel si objecta malum bonum est iustitia sempiterna, hoc est, Deus, malum creatura, quatenus illa reclusa, hæc perversa voluntate diliguntur. Cum ergo voluntas iustitiæ delectatur, oritur libertas à peccato: cum creaturis, à iustitia. Impossibile enim est ut voluntas iustitiam diligat, nisi à delectatione iustitiæ, sursum animum retroquente, se liberet. Ad hoc enim mens ipsa sufficit sibi, nec est opus auxilio Dei: *Liberi à iustitia non sunt, inquit Augustinus, nisi arbitrio voluntatis: liberi autem à peccato non sunt nisi gratia Salvatoris.* Et rursum: *Liberos dixit (Apostolus ad Romanos sexto) iustitia, non liberatos. A peccato autem non liberos, ne sibi hoc tribuerent, sed vigilantissime maluit dicere non liberatos, referens hoc ad illam Domini sententiam: Si vos filius liberaverit tunc vere liberi eritis.*

Quia vero creatura rationalis non ita condita est, ut seipsa felix seu beata esse queat, hinc sive veram beatitudinem suam ex Deo quaerat, sive falsam & verisimilem ex creatura, semper per amorem alicui servit, illi scilicet ex quo beata esse cupit. Quidquid enim ut beatitudinis causa diligitur, illi non potest animus non servire, juxta illud Augustini: *His rebus quibus quisque carius vult esse, serviat necesse est, veli nolit. Nam quocumque duxerint sequantur, & quisquam ea visus fuerit, aut ferre posse metuitur.* Duplex igitur libertas ista duplicem oppositam servitutem secum trahit, sine qua esse non potest. Qui enim à iustitia liber est, sibi ipsi servit, & omnibus temporalibus quibus diligendo subiectus est: *Cum enim omnia temporalia transientia mundus iste concludat, omnibus mundi partibus serviant, qui propterea putant nihil celebrandum esse, ne serviant.* Vicia enim sua sibi dominari patiuntur, vel libidine vel superbia vel curiositate damnati. Qui vero à peccato liber est, hoc ipso servit vero Domino suo iustitiæ sempiternæ. Utramque illam libertatem sæpè Augustinus cum opposita sibi servitute conjungit. Nam illum Apostoli locum ponderans, cum essetis servi peccati, liberi fuistis iustitiæ,

Damasc. lib.
2. orthod. p. 1.
c. 22. & 24.

Lib. 1. ad
Bonif. c. 1.

Ibid.

Lib. de vice
Relig. c. 38.

Ibid.

Lib. 1. ad Rom. 2. Enchirid. 1. 500. 10. p. 67.

Cent. Collat. 107.

Enchirid. 108.

Lib. 1. 1000. 10. p. 100. 10. p. 124.

Lib. 1. ad Rom. 1. 2.

justitiæ, sic loquitur: *Ecce ostenditur etiam peccato minime potuisse nisi alia libertate servare. Et in Enchiridio ad Laurentium: Ad iustitiam faciendum liber non erit, nisi à peccato liberatus, nisi iustitia cooperit esse servus. Et in illa verba captivasti captivitatem, sicut ipse legit: Captivasti ergo quia capti, & capti quia subingati, sub leve illud iugum misisti, liberati à peccato cuius servi erant, ut iustitia servi facti cuius liberi erant.* Et optime sanctus Prosper cum citasset Scripturæ locum: *Qui facit peccatum servus est peccati.* Et: *A quo quis superatus est, & servus additus est,* Augustini, Apostoli, & Christi doctrinam explicans: *Nemo, inquit, servit nisi cum aliqua libertate, & nemo liber est nisi cum aliqua servitute dicente Apostolo: Cum enim servi essetis peccati, liberi facti iustitia. Nunc autem liberati à peccato, servi autem facti Deo &c. Qui itaque servit diabolo, liber est à Deo. Qui autem liberatus servit Deo liber est à diabolo.*

Quapropter quia semper libertas à peccato cum servitute iustitiæ juncta est, & vice versa libertas à iustitia cum servitute peccati, hinc fit quod istud liberum hoc est, voluntarium seu libere voluntatis actus, ad duplicem quasi terminum quasi comparari possit, à quo & ad quem. Terminus à quo liber dicitur, est ille, à quo tanquam impediente & retrahente ne in actum exire possit, liber & immunitis voluntas nominatur, si sit peccatum, in vera libertate, si iustitia, in defectiva & falsa. Terminus ad quem est ille cui libertas operatur, seu propter quem operandum voluntas liberatur, si peccatum in falsa libertate, si iustitia in vera. Idcirco enim liberatur à peccato ut iustitiæ serviat, seu ut actiones iustitiæ possit operari; & è contrario idcirco à iustitia se voluntas liberam facit, ut peccato serviat. Terminus enim ad quem, est ille cui duplici illa quam proutimus, servitute servimus. Quæ de re nonnulla in præcedentibus diximus, & in Augustino testimonia passim obvia sunt, ut cum dicit in Enchiridio: *Ad peccandum liber est, qui peccati servus est. Unde ad iustitiam liber non erit, nisi à peccato liberatus, esse iustitiæ cooperit servus.* Et mox: *Sed ista libertas ad benefacendum, unde erit homini addita & ventilata.* Et iterum: *Quomodo quisquam de libero arbitrio in bono gloriatur opere, qui nondum liber est (scilicet à peccato) ad operandum bene.* Et ad verus Iulianum: *Liberos dicimus ad faciendam opera pietatis eos quibus dicit Apostolus: nunc autem liberati à peccato servi facti Deo &c.* Cujusmodi locutiones plures videre licet in Epistola ad Vitalem. Quod autem hic vocat liberum ad bonum & malum, hoc alibi vocat liberum in bono & malo, quia videlicet operatio voluntatis utrovis modo libera, versatur in operibus bonis aut malis: *Nec liberum in bono, op-*

re scilicet, erit quod liberator non liberaverit: sed in malo liberum habet arbitrium. Et iterum ibidem: *Sed hæc voluntas quæ libera est in malis, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est, quia liberata non est.*

Cum igitur iustitiæ vel peccati delectatio sit illud vinculum quo liberum arbitrium in iustitia vel peccato ita firmiter ligatur & retinetur, ut quamdiu illo stabiliter possidetur & confringitur, actus oppositus sit extra ejus potestatem, ita videlicet ut arbitrium non liberatum eum velle non possit, nemini mirum videri debet, quod Augustinus cum Pelagianis de arbitrij libertate disputans, semper de libertate à peccato mentionem facit. Peccatum enim est illud ipsum quod ponit actum voluntatis bonum extra arbitrij potestatem; & è contrario gratia est id quod ponit illum in potestate, quia voluntatem velle facit, sine qua bene velle nullo pacto potest. Hoc est enim liberum quod est in arbitrij potestate, seu quod fit cum vult: ut proinde illa Augustini disputatio, veram, genuinam, propriissimè dictam arbitrij libertatem accuratè & profundè tangat & explicet, non solum quatenus vera, genuina, & propriè dicta libertas illa dicitur, ad quam in Dei amore & fruitione possidendam conditus est, sed etiam quatenus vera & genuina, & propriissimè dicta libertas arbitrij vocatur, illa naturalis quæ coactionis immunitatem, & electionis liberæ facultatem sonat. Hoc enim ipso, ut jam diximus, quo gratia facit arbitrium velle & operari bonum, sine qua velle non potest, etiam ponit actum in ejus potestate, & citra coactionis necessitatem ex ea sponte fluere: quæ apud Augustinum veræ & genuinæ & naturalis istius libertatis notio est. Quod eodem modo cum proportionem in libertate peccandi locum habet. Nam in peccando, non minus quàm in benefacendo, ex Augustini mente, naturalis illius libertatis ratio apparet, cum actus peccati ponitur in arbitrij potestate, quæ creatura rationalis in statu perfectæ beatitudinis caret. Sed ideo recentiores mirantur, cur semper Augustinus de libertate à peccato, & servitute iustitiæ cum Pelagianis veram libertatem oppugnantibus diserat, & nescio quid mysticum, eorum judicio, in libero arbitrio querat, cum de libertate arbitrij naturali fatagendum esse videatur, quia quid sit liberum arbitrium Augustino, non satis penetrant, nec unquam, autim dicere, penetrabant aut intelligunt, quantum vis sese frigaverint, quamdiu non aliam in Augustino libertatem, quam illam philosophicam indifferentiam quærendam esse censuerint.

Li 4 CAPVT

1000. 10. p. 100. 10. p. 124.

CAPVT SEXTVM

Quid sit libertas à peccato in Scripturis celebrata, juxta recentiores, & Pelagianos, & Augustinum, secundum terminum à quo.

Sed alia non minima hallucinatio est quae recentiores ab intelligenda & amplectenda illa libertate à peccato, tanquam propriè dicta arbitrij libertate, aversos detinet, quia sub illis vocabulis rem ab Augustini mente & arbitrij libertate valde remotam significari putant. Cùm enim arbitrium à peccato liberum fieri vel à peccati servitute liberari audiunt, nihil aliud suspicari possunt, quam peccati duntaxat remissionem deletà culpà fieri. Quod quia perperam videtur facere ad veram arbitrij libertatem, hinc consequenter non sistant intelligere, quo pacto illa libertas à servitute peccati, propriè dicta libertas dici queat.

Eodem prorsus modo intellexit olim, & ad solam peccati remissionem torsit istam libertatem à peccato Iulianus Pelagianorum. *Utpote perversus* pernicax, ut Scripturarum laqueos quibus eam asserbat Augustinus & veritatis effugeret. Nihil enim eas prorsus ab liberum arbitrium pertinere contendebat. Cùm enim illa verba Christi: *Si vos filius liberaverit, tunc vere liberus eritis*, citasset Augustinus in libro suo de nuptijs & concupiscentia, & eis probasset arbitrium non esse liberum ea libertate, ex qua liberum arbitrium dicitur, nisi per gratiam liberetur, sic respondet ei Iulianus: *Manifestum est Christum in illo loco ad captivam conscientiam (scilicet sub culpa) verba fecisse: quam liberam non esse probabat, sed obnoxiam ei ultioni, quae condemnat peccata libera voluntate commissa. Quam sententiam tu non intelligens, aut forte intelligens & huc natura sua repugnantem trahens in eo posuisti loco ubi à suis sermonibus (de libero arbitrio) tota sui proprietate discordat. Hoc est, nihil ea sententia ad liberum arbitrium, sed tantum ad peccati remissionem, vindictae relaxationem pertinet. Et paulo post de eisdem*

Christi verbis adjicit: Hic ergo non arbitrij libertatem Dominus dicit esse liberandam, sed illa integra permanente convenit Iudaeos, ut accipientes indulgentiam liberentur à reatu suo, & eam quae apud Dominum maxima est, libertatem occupent, ut incipiant nihil debere criminibus. Et rursum idem Iulianus

h. 137. h. 15. Hic ergo ubi dixit Dominus, si vos filius liberaverit vere liberi eritis, promisit indulgentiam reus qui peccantes non arbitrij libertatem sed conscientiam iustitia perdididerunt. De alio vero Apostoli loco: Cùm essetis servi peccati, liberi fuistis iustitia, tunc vero liberati à peccato &c. quem Augustinus potissimum urserat & urgere solet, ut probet gratiam asserre naturalem; non mysticam, veramque & propriè dictam arbitrij libertatem ad actus bonos, sic idem Iulianus: Sed

absit hoc (ut Apostolus senserit quod tu sentis) sensum intelligimus Apostoli, & elocutionum simpliciter prolatarum officio contenti sumus. Nihil aliud dixit Magister gentium, nisi liberi fuistis, id est, non servistis iustitia: liberati estis, peccatorum veniam suscepistis, manente arbitrij libertate per quam poterunt & ante peccatum & postea obidire iustitia. Quem sensum in illa disputatione saepius repetit, totisque nervis firmare contendit: ut liquidissime sanè pateat. Iulianum non agnovisse aliam à peccato libertatem, quam quae per culpae deletionem, seu per peccati remissionem obtinetur. Nec ea loca scripturarum alio sensu intelligere, quam quod Christus & Apostolus libertatem à peccati reatu & à poena suo sermone commendaverint.

Sed adversus istam perversam tum Scripturarum, tum libertatis à peccato intelligentiam, Augustinus in eadem illa disputatione vehementer insurgit, & in scriptis suis omnibus adversus Pelagianos contrarium docet. Doctrina quippe sancti Augustini est, duplex esse peccati malum: unum, reatum ipsum, quo mens est culpabilis coram Deo poena quae obnoxia, quoad peccati remissione deletur; alterum, ipsum concupiscentiae malum, quod per peccatum originis à parentibus in posteros hereditario jure transfusum est, & peccatis actualibus multiplicatis, instar consuetudinis magis magisque crescit, & ita roboratur, ut tandem in quandam peccandi necessitatem & quasi naturam transeat, nisi divinae gratiae potestate superetur. Quod quamdiu non fit, mens sub illo malo serviliter captiva detinetur; non hoc sensu solum, quod peccati rea sit, & peccati praeteriti remissione indigeat, sed isto potius, quod mens ab illo delectabili glutine consensum suum expedire nequeat, ut à futurorum peccatorum commissione liberetur. Malum enim concupiscentiae dominatur homini, & mentem ita serviliter sibi subjectam tenet, ut ei servire & perpetrare quicquid illa jubet, videatur esse delectabile & magnum bonum, donec per gratiam, non solum remissionis, sed actualis adjutorij, ab ejus nexibus liberetur. Quae gratia postmodum ad singulos actus bonos iterum necessaria est, ut mens jam etiam iustificata, peccati, hoc est, concupiscentiae remanentis, violentiae repugnare possit, & cum eo libera praeliari, ne iterum in servitutem illius mali pertrahatur. Duplex ergo, juxta sanctum Doctorem, Dei auxilium necessarium est, alterum pro peccatis praeteritis, quod peccati remissionem diximus, alterum

*Deus X. prol.
1. cap. 1.*

*Apud Aug.
lib. 1. cont.
Iul. imperf.
f. 122.*

alterum pro futuris, quo mens cruciatur a dominatione concupiscentiae & ejus quodammodo domina constituitur, ut ei ipsa jam seruiat cui mens ante seruebat: & in ista dominatione per singulos dies roboratur, ne sub concupiscentiae seruire jugum iterum cadat. Haec est ergo gratia liberatrix arbitrij gratia, inquam, non remissionis, sed actualis adpuriorij ad singulos omnino actus necessarii, per quod actus bonus ponitur in arbitrij potestate, ut bene uelle possit & facere: & ista ratione arbitrium uoluntatis, proprie dicta libertate ad actus bonos gratia liberum facit: sine qua, quae ut uis peccatum remissionis deletum sit, nec liberum erit ad uolendos aut faciendos actus bonos, nec a dominante rursus concupiscentia se tueri poterit, sed citra dubitationem illam, miserat illi rursus concupiscentiae seruitute subjugabitur. Itaque gratia remissionis peccatum praeteritum respicit, gratia liberationis futuram. Illa delet ex arbitrio quod factum est, haec liberat arbitrium a peccato, haec ignoscit quod arbitrium peccato, hoc est, concupiscentiae seruido peccauit, haec liberi non facit, ne rursus peccato, hoc est, concupiscentiae seruido peccet. Illa remittit, quae quid per ignorantiam & infirmitatem, malorum actum fecit, haec lumen & potestatem tribuit, ut actus bonos faciat. Et dicitur liberatrix ista gratia, uoluntatis arbitrium proprie dicta libertate liberum facit, non quom generaliter (quasi facultas illa libera per peccatum de hominum natura perierit) sed liberum ad alteram libertatis partem, hoc est ad actus bonos, cum sine tali gratia non nisi altera pars dicentis libertatis, hoc est, ad actus malos ei incoluntis permaneret. Nam quemadmodum beatitudo in caelo perit potestas arbitrij ad actus malos, & si substracta quouis casu beatitudinis uisio in solitudine in illum rediret statum, in quo uisum recenter conuersus fuit, uera & propria libertas arbitrij, nempe ad peccandum, uel ad dicendum, ita uicissim in mortaliter peccantibus, haec gratia liberante consideratis, per se libertas arbitrij ad actus bonos, quia peccato ratione adjuncta concupiscentiae mentem seu consensum captum deueniente subiungantur. A quo quis enim deuitus est, huic & seruus additus est. Quae si per gratiam non remissionis, sed liberationis eis restitatur, ut non solum a praeterita purgentur labe, sed etiam a dominatione concupiscentiae consensus liberentur & praeseruetur, & ad bonos actus adpuriorij arbitrij libertatis propria dicta libertate, sed ad actus bonos tantum, dicendum est liberari. De hac libertate a peccato, qua scilicet uoluntatis arbitrium, non a peccati praeteriti reatu, sed a peccati, hoc est concupiscentiae dominatione liberatur, ne uel imperet actus malos, uel impediatur actus bonos, intelligit Augustinus Scripturas istas in scriptis ejus celebratissimas: *Veritas liberabit uos.* Et: *Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis.* Et: *Nunc autem liberati a peccato sic.* De

A opposita uero peccati, haec est, concupiscentiae seruitute, qua seruus peccati facit quicquid illa iusserit exponit illas: *Omnis qui facit peccatum seruus est peccati.* Et: *A quo qui deuitus est huic & seruus additus est.* Et: *Cum serui essetis peccati liberi suistis instituti.* Et illam, apertissimam: *Non ergo regnet peccatum (id est, concupiscentia) in uestro mortali corpore, ut obedatis concupiscentis eius.* Sed neque ex uobis membra uestra arma iniquitatis peccati, id est, concupiscentiae, peccatum enim, id est, concupiscentia, uobis non dominabitur. Non enim sub lege estis, sed sub gratia, consensum uelidetur retinet, ne peccato, hoc est, concupiscentiae seruiat, ut impleat quod dominatrix illa iuret. Haec est uera & genuina basis doctrinae caelestis Doctoris de arbitrij seruitute & opposita libertate, per quam actus bonos uelle possit & facere, a qua qui tantillum aberraverit, nonquam ueram intelligentiam uel seruitutis arbitrij, uel libertatis, quam ipse in scriptis suis tradidit, assequetur.

Haec est igitur seruitus illa peccati, hoc est, concupiscentiae, non ut proprie culpa duntaxat uel culpabilis est, sed quatenus animo seu consensu hominis peccatoris uel imperatrix, & per illam diabolus suo iure dominatur, ut nullum actum bonum possit uelle uel facere, nisi gratia tribuat potestatem, quam passim sanctus Augustinus inueniat: *Nam nec grandibus inquit, hoc praestatur in baptismo, ut lex peccati que uel in membris reperiuntur legi mentis, paritatem extinguatur, & non sit: sed ut quicquid uult ab homine, scilicet, dictum, cogitatum est, cum eadem concupiscentia subiecta mente seruire totam aboleatur.* Et quaestione prima libri primi ab Simpliciano de homine sub lege constituto: *Delectatur inquit, contra legem sapere, cum tanta magis liber, quanto minus licet. Quae uarietate fuit non potest quilibet praeteritio conditionis (id est, seruitutis) sua, nisi cogatur tanquam in pium mancipium seruire libidinis, sicut enim se seruum dominum uel cupiditatis qui prohibetur, & se recte prohiberi cognoscit, & tamen facit. Et iterum paulo inferius: *Quae duo scilicet tanquam natura & consuetudo comunitate uoluntatis faciant, & in uel simam ei praeferant, quam uocat peccatum, & licet habitare in carne sua, id est, dominationem quendam & quasi regnum obiectum re. Et in Buchiridio: *Etiam per legem cogitatio facta peccati, si non diuinitus aduersus spiritum, secundum legem uoluntatis uoluntatis, & insciens peccat peccatoque subditus deus. A quo enim quis deuitus, huic consensu additus est: id est agente inscientia mandatur peccatum operetur in homine uoluntatem concupiscentiam. Et in paulo ante: *Regnat carnalis cupiditas, ubi non est. Dei ab actibus. Et in libro primo retractationum: *Libet qui concupiscente aduersus spiritum carne, non si qua uita facit concupiscit quidem uolens, & in ad non facit quod uult. Sed si uoluntate, concupiscentia consentit uolens, & in eo non facit nisi quod uult, libet sed uel iustitia seruusque peccati, ad est, illius ejusdem concupiscentiae. Et libro de continentia: *Sic deponuntur (scilicet desideria peccati seu libidinis) dum continuata continentia, uel resurgunt premuntur.******

100. 8. 100. 6.

100. 8. Rom. 6.

100. 8. 100. 6.

100. 8. 100. 6.

100. 8.

100. 8. de pecc. 100. 8.

100. 8.

100. 8. 100. 6.

100. 8. Buchirid.

100. 8. 100. 6.

100. 8. 100. 6.

100. 8. 100. 6.

Quisquis

Quisquis quasi securus ab hac eorum depositione ces-
 saverit, illico in arcem mentis proficiet, eamque inde
 ipsam deponet, atque in suam redigent SERVITUTEM
 impiter: deformiterque CAPTIVAM. Tunc regnabit peccatum in hominis mortali corpore
 ad obediendum desiderijs eius. Tunc sua membra ex-
 hibebit arma iniquitatis peccato. Quem eundem
 Apostoli locum, ex quo doctrinam istam
 suam sumpsit Augustinus, cum superius in eod-
 dem libro citasset: Id ergo, inquit, nunc agitur,
 quamdiu est mortalis hec vita nostra sub gratia, ve
 peccatum, id est, concupiscentia peccati (hanc enim
 hoc loco peccati nomine appellat) regnet in nostro
 mortali corpore. Tunc autem regnare ostenditur si
 desiderijs eius obeditur, id est, servitur. Nam
 isti regno concupiscentia respondet arbitrij
 servitus. Vnde in libro primo de libero ar-
 bitrio: Ergo relinquitur ut quoniam regnanti menti
 compositique virtuti, quidquid par aut pralatum est,
 non tam facit servam libidinis propter iustitiam &c.
 Et paucis interjectis: Non ista ipsa parva parva
 existimanda est, quod ei libido dominatur exspoliata
 que virtutis opulencia per diversa inopem atque indi-
 gentem trahit, nunc salta pro vetis approbantem &c.
 Cum interea cupiditatum illud regnum tyrannice sa-
 viat, & varis contrariisque tempestivis totius ho-
 minis animum vitamque perturbet &c. De quo
 regno & servitute libidinis quam peccatum
 Apostolus vocat, ibidem late disserit. Et in
 Epistola septuagesima: Anima maligne cu-
 piditatis captiva (id est, serva). Et Epi-
 stola quadregesima octava: Mali servituti capi-
 ditati, boni charitati. Et Epistola ducentesima
 undecima: Parva enim & quasi nulla tibi videntur,
 que tam mala sunt ut quando te domina cupiditas ea
 considerare permiserit riges lacrymis terram. Infinita
 sunt huiusmodi loca, quibus semper Augusti-
 nus peccati servitutem, qua arbitrium ei velut
 dominanti servit, non aliter explicat, quam
 qua libidini, cupiditati, carnalibusque deside-
 rijs servit, dum ut Apostolus loquitur, regnat
 peccatum in eorum mortali corpore ut obedi-
 ant concupiscentijs eius.

E contrario vero simili prorsus modo li-
 bertatem, qua liberum arbitrium a peccati
 servitute liberatur, non illam intelligit, qua
 nude culpa deletur a conscientia, sed qua ar-
 bitrium eruitur a servitute libidinis seu con-
 cupiscentia. Et mens restituta sibi consensu
 qui sub ejus tyrannide prostratus erat, capti-
 vusque tenebatur cum eodem illo peccato seu
 concupiscentia jam liberata fortiter dimicat
 ne iterum in servitutem captiva ducatur.
 Hinc illum Apostoli prolixum tractans locum,
 ubi inter cetera dicit, Quis me liberabit de cor-
 pore mortis huius. Et, Lex spiritus vite liberavit
 me &c. Quibus verbis gratiam a concupis-
 centia consensione liberantem implorabat, &
 nomen gratia liberatricis expressit, quo saepe
 postea Augustinus usus est, sic liberationem
 illam explicat: Nunc autem iam non ego operor
 illud, sed id quod habuit in me peccatum. Quid est
 nunc autem, nisi iam nunc sub gratia, que liberavit
 delectationem voluntatis a consensione cupiditatis?
 Et pauculis interpositis: Lex spiritus vite in

A Christo Jesu liberavit te a lege peccati & mortis (id
 est, concupiscentia) ne scilicet consensionem tuam con-
 cupiscentia sibi vendiderit carnis. Et rursum: Dicitur
 mus Apostolos a consensione pravari in libidinum libe-
 ros fuisse. Qua de causa alibi dicit, cum esse
 sub lege, hoc est, sub passionibus peccatorum
 seu concupiscentia, quae per legem sunt, ut
 Apostolus loquitur, qui nondum liber est, nec
 alienus a voluntate peccandi, hoc est, cujus con-
 sensus nondum a libidinis servitute liberatus
 est, ut voluntas illi, non illa voluntati domi-
 netur. Hinc in libro de correptione & gratia in
 bono liber esse nullus potest nisi fuerit liberatus ab eo
 qui dicit: Si vos filius liberaverit, tunc vere liberati
 estis. Nec ita ut cum quisque fuerit a peccati DOMI-
 NATIONE liberatus iam non indigeat sui liberatoris
 auxilio sed ita potius &c. Et adversus Faustum
 Manichaeum: Et denique peccato (id est, con-
 cupiscentia) quam diu esset adhuc in eorum mortali
 corpore per spem gratiae liberi dominaretur. Et in
 opere imperfecto contra Iulianum: Nunc re-
 ro in ruina sua liber est iustitia, servusque peccati:
 Nec potest esse servus iustitiae, & liber a dominante
 peccato (concupiscentia) nisi cum filius liberaverit.
 Et libro secundo de peccatorum meritis:
 cum citasset Scripturam: Non dominetur nobis
 iniquitas: hec attexit: Ab huius exarata da-
 monis iniquitate servitute liberantur quibus Dominus Je-
 su cum recipientibus dedit potestatem filius Dei fieri.
 Ab ista libertate dominante liberandi sciant quibus
 dicit: Si vos filius liberaverit &c. Et Epistola
 centesima quadregesima quarta: Nec liber vo-
 luntas dicenda est, quam diu est vincens lux & vin-
 centibus cupiditatis subdita. A quo enim quae de-
 vicium lux & servus additus. Et, Si vos filius libe-
 raverit, aut ipse Dei filius, tunc vere liberi eritis. Et
 Epistola octogesima nona: Quomodo libera est
 (voluntas) cui dominatur iniquitas? Et Con-
 cilij Carthaginensis Patres Epistola apud
 Augustinum nonagesima ad Innocentium
 Papam: Quia (gratia Christiana) & ipsum
 nostra voluntatis arbitrium, vere fit liberum dum a
 carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur
 dicente Domino: Si vos filius liberaverit, tunc vere
 liberi eritis. Quae doctrina tam familiaris est
 Augustino, ut vix liber ullus adversus Pelagi-
 anos exaratus sit, in quo non passim sparsa
 reperitur. Tota enim moles disputationis
 de Christi gratia cum Pelagianis & neces-
 sitatis ejus, huic veluti cardini innititur,
 eoque substracto eam tueri impossibile est.
 Porro istud peccatum a quo liberatur ar-
 bitrium, hoc est, ista imperiosa concupiscentia,
 quando dominatur arbitrio, in omnes
 creaturas appetendas exardescit, easque maxi-
 me quibus animus aliquo amoris vinculo col-
 ligatus est, sicut late supra declaravimus. Ex
 cujus doctrinae consequentia fit, ut hanc li-
 bertatem a peccato exprimens, subinde dicat
 per eam hominem a creaturis seu amore crea-
 turarum liberari. Nam qui creaturis amore
 subditus est, hoc ipso peccato seu libidini sub-
 ditus est, nec ullo modo liber, ut iustitiam
 quae hoc vetat, dilgere possit. Vnde Augu-
 stinus: Quem ergo delectat libertas ab amore in-
 tabiliam

Lib. de conti-
 nent. c. 3.

Lib. 1. de lib-
 arb. c. 11.

Ibid.

Epist. 70.

Epist. 48.

Epist. 211.

Ad Rom. 6.

Rom. 7.

Lib. 1. ad
 Rom. c. 10.

Lib. 1. ad
 Rom. c. 10.

Cap. 11.

Lib. de net.
 c. 214, 217.

Lib. de Cor.
 c. 214, 217.

Lib. 12. int.
 c. 10, 11, 12.

Lib. 1. apud
 Iul. c. 11.

Lib. 1. apud
 Iul. c. 11.

Lib. 2. de
 cor. c. 10.

Epist. 11.

Epist. 11.

Epist. 70.

Lib. de net.
 c. 214, 217.

tabulum verum (id est, omnium creaturarum, quia sola veritas incommutabilis est) liber esse appetat. Et quem regnare delectat, eum omnium regnatori Deo subditus habeat, plus eum diligendo quam seipsum. Et in quaestionibus supra Matthaeum: Ad eam (margaritam) possidendam non sumus liberi, nisi omnibus pro nostra liberatione contempseris &c. scilicet amorem dissolvendo. Quia talibus implicati, nostri non eramus, id est, non nostri iuris seu liberi. Et in Psalmos: Moneamus ne mundum amemus, ut eum qui fecit mundum libere amemus. Obligata enim anima amore terreno, quasi visum habet in pennis; volare non potest, scilicet, quia non habet pennas seu amorem liberum.

Hac igitur causa est, cur tam vehementer insurgat Augustinus adversus Iulianum, cum Scripturas illas que libertatis & servitutis peccati mentionem faciunt, & à nobis paulo ante productæ sunt, ad peccati remissionem torquere coneretur. sicut initio capituli huius demonstravimus. Quia de re cum illo dimicans, expositiones ejus fallitatis arguit, & veram simul arbitrij libertatem à peccato, præclare docet in eo sitam esse; non quod arbitrium præteriti peccati remissio nem accipit, sed quod à dominante concupiscentia qua iustitiam agere, & in iustitia permanere non finitur, liberatur magis & magis, ut ita magis & magis opera iustitiæ in sua habeat potestate. Nam Luangelij locum: Omnis qui facit peccatum servus est peccati; his verbis Catholice veritati vindicat: Attendendo quod dictum est, quis qui facit peccatum, non enim ait, qui fecit, sed qui facit: & non vis eum ab hoc malo liberare homines: Non vis eum hoc loco talem promittere libertatem, quæ peccatum non faciat, sed ideo tantummodo liberare, quia fecimus. Et adhuc eandem suam expositionem præterite Iuliano replicat Augustinus: Conveniunt plane ideo facientes peccatum, quia servi sunt peccati, ut accepta libertate quæ promittitur, desinant facere peccatum. Regnabat namque peccatum in eorum mortali corpore, ita ut obedirent concupiscentiæ eius, & exhiberent membra arma iniquitatis peccato. Contra hoc ergo malum quo peccatum faciebant, libertate indagebant quam promittebat. Omnis enim non qui fecit sed qui facit peccatum servus est peccati. Et statim adhuc luculentius atque expressius: Quid verba lucida caliginosis disputationibus obsecrare conaris? Erumpunt omnino & te licet obstitente, fulgore suo vincunt tenebras tuas. Omnis, ait, qui facit peccatum servus est peccati. Audis qui facit, & tu non exponere sed supponere vis qui fecit. Audiant ergo quibus ipse aperit sensum ut intelligant Scripturas, audiant: Omnis qui facit peccatum servus est peccati: & querant accipere libertatem ut non faciant peccatum clamantes ad eum cui dicunt: Itera mea dirige secundum verbum tuum, & ne dominetur mei omnis iniquitas. Iulianus vero cum iterum repeteret, arbitrium esse liberum post peccatum, ad iustitiam seu virtutis opera faciendam, lex proprijs eum convincit principijs. Augustinus: Te audi saltem ubi dicitur propter consuetudinem peccatorum scriptum esse, non quod volo ego sed quod edic

A hoc facio. Quomodo ergo post peccata liberum est? Quorum etsi non propagine, quia non vultis, certe tamen consuetudine, quam solam hinc necessitate victi contortique conceditis, sic perdidit libertatem ut gemitus eius feriat aures, frontemque collidat cum auditu, non quod volo ego. Et non quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago.

Iam vero alterum locum quem ex Apostolo producere solet, Cum effectus servi peccati liberi fuisset iustitia, nunc autem liberati à peccato &c. non minus præclare adversus Iulianum corruptelas asserit, & veram arbitrij libertatem in eo expressam esse confirmat: Tu nega dixisse Apostolum, Cum effectus servi peccati liberi fuisset iustitia. Aut si hoc ab eo dictum esse non negas, non eum recte dixisse redargue. Si autem non audes, nega si potes eos quibus hoc dixit habuisse in malis liberam voluntatem quando fuerunt liberi iustitie: aut habuisse liberam in bonis quando fuerunt servi peccati: & ab hac servitute eos aude dicere per seipos non per Dei gratiam liberatos quibus dicitur: Nunc autem liberi à peccato; servi facti estis iustitie. Si autem dicitur à reatu præteritorum malorum, non à dominatu peccati quo quisque iustus esse non finitur, eos fuisse Dei gratia liberatos: ut autem in eis non dominaretur peccatum, ipsos facere potuisse si vellent, neque ad hoc indiguisse gratia salvatoris, ubi ponis eum qui dicit, non quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago: si enim sub lege non sub gratia constitutus hac loquitur, istum nega sub gravi necessitate ponderis ingemere; hunc ad bene vivendum, & ad recte agendum per voluntatis arbitrium, asserere liberum clamantem tibi, mentiri aut fallere; non quod volo ego. Si autem sicut melius sentit Ambrosius, hoc etiam de seipso dicit Apostolus, nec iustiorum est in hac vita ad perficiendum bonum tanta libertas propria voluntatis, quanta erit in illa vita ubi non dicitur non quod volo ego. Et hanc libertatem à peccato, hoc est, à delectatione concupiscentiæ cui arbitrium miserabili servitute subiectum est, & male agendo servit, adhuc uberius explicans: Si ob hoc solum dicitur sunt homines liberi fuisse iustitie, quod detestati essent eius præcepta servare, ergo ante quam acciperent præcepta iustitie qua detestarentur servare (id est, ante acceptam vel agnitam legem peccata prohibentem) non erant liberi iustitie servique peccati. Quis hoc dixerit? Ab hac ergo necessitate servitutis ille liberat, qui non solum dat præcepta per legem, verum etiam donat per spiritum charitatem cuius delectatione vincatur delectatio peccati: alioquin perseverat invito & servum suum tentat. A quo enim quis devictus est, huic & servus additus est. Et paulo post declarans quanti momenti sit, duplicem istam arbitrij libertatem intelligere, unam à peccatis præteritis quæ deleantur indulgentia; alteram à dominatione concupiscentiæ ne futura perpetrentur, & ut opera iustitiæ possimus operari, graviter erumpit in Iulianum: Ex isto heretico sensu, quo dicitur non fieri per gratiam liberationem à peccato, nisi eum de præterito accipitur venia, non autem ne dominetur, cum quisque à concupiscentia sua trahitur in eius assensum, etiam sanctorum orationibus contradicatur: Et quid enim Deus dicitur, ne nos inferat in tentationem, si ut hoc non fiat in liberi arbitrij

lib. 7. 249.

lib. 7. operis imperf. cont. ul. f. 162.

lib. 7. 242.

cur sequitur amor ipsius Dei, veritatis, & iustitiae, qui praecipuus omnium istius libertatis factus est. Per hunc amorem, iustitia Deique, seruus fit, sicut ante per amorem terrenum & huius mundi, peccato seu concupiscentia seruiebat. Quantumvis enim animus siue vera, siue seruili libertate sit liber, alicui tamen seruiat necessitas est. Vel enim est liber a iustitia & seruit peccato, vel liber a peccato & seruit Deo. Nam ipse amor dei, & iustitia, & veritatis, est seruitus eius; Deo enim, seu quod idem est, iustitia & veritati seruire sine amore non potest. Qui enim tantum timore Deo seruit & iustitia, adhuo liber a iustitia & peccati seruus manet. Hac ergo seruitus Dei & iustitia, liberrima seruitus veri Domini est, quia liberrimus amor est, & nobilissimus fructus positivus istius libertatis a peccato, si non potius ipsa libertas arbitrii dici debeat, de qua sapientissime

Aug. Liberum arbitrium non evanescit per gratiam, sed servatur, quia gratia sanat voluntatem qua iustitia liberè obligatur. Et in libro de vera Religione:

Non enim per seipsum quisquam hominè iniunctus est, sed per incommutabilem legem (id est veritatem seu Deum) cui quicumque seruiunt soli sunt liberi. Et libro de quantitate animae:

Nam ille ab omnibus liberat, cui seruire omnibus vtilissimum est, & in cuius seruitio placere perfectè sola libertas est, Et in libro de moribus Ecclesiae:

Dilectione redit in Deum (animus) quae se illi non componere sed supponere affectat. Quod quanto fecerit in instanti ac studiosus, tanto erit levior, atq; sublimior, & illo solo dominante liberrimus. Nimirum quia & ipse animus cum sola ei veritas Deus seu iustitia dominatur, fit ut ipse etiã omnibus dominetur, quod libertatis est. Vnde in eodem libro paulo post:

Iustitia est amor soli amato seruiens & propterea rectè dominans, quo amoris igne cum se anima rapit in Deum, super omnem carnificinam libera & admiranda voluabit pennis pulcherrimis & integerrimis pennis, quibus ad Dei complexum amor castus innuitur.

Et quia iste amor iustitiae facit hominem esse non sub lege puniente, sed in lege & cum lege delectante spiritu hominis, hinc est, quod esse in lege seu cum lege, velut effectum istius libertatis ponat: *Consumptio mortis metu, non timoris necessitate sub lege sed libera voluntate cum lege, consistebuntur qui credunt Et in Psalmum primū: Iusto non est lex postea ut dicit apostolus, sed aliud est esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege secundum legem agit: qui est sub lege secundum legem agit, ille ergo liber est, iste servus.*

Modus vero quo Deus illam libertatem D veram in arbitrio voluntatis operatur, non ahius est, nisi quia operatur in eo dilectionem iustitiae ac veritatis ac Dei, per quam erigitur anima super omnes concupiscentia titillationes ac delectationes, ut magis delectata splendore iustitiae incipiat liberè velle bonum, liberè credere, liberè esse in lege, liberè operari iustitiam, liberè diligere Deū, liberè frui Deo: quorum omnium ante aduentum gratiae, deerat arbitrio voluntatis, non minus libertas, quā potestas; quia ingenti pondere terrenarum libidinum deorsum grauabatur vincumque

A tenebatur. stante autem Spiritu Dei, ad omnia ista praestanda liberatur arbitrium, quia viscosum illud vinculum rumpitur, paulatimque magis magisque Dei amore sursum erigente, succenditur. Ex quo fit ut sexcenties Aug. libertatem illam charitati tribuat: *in recte faciendo* *Lib. de nat. ideo nullum est vinculum necessitatis, quia libertas est & gratia, 50* *charitatis. Et in libris contra Iulianum: Charitas facit liberum ad ea quae bona faciendae sunt.* *Lib. 1. ep. 100. pers. Job. 129.*

Et quia timor poenae hominibus imperitis eadem opera videtur posse facere; quae facit charitas Dei, & idcirco animae quoque bene operandi libertatem voluntatis arbitrio posse conferre, ut illam praeposteram tollat opinionem, timori solet opponere charitatem, illique soli praerogatiuam illam libertatis dare, timori seruitutem. Quisquis enim solo timore bonum facit, hoc ipso animam rei terrenae cupiditate possessam esse declarat, quam ut retineat, bonum quod nonnumquam diligit, timore & primitus cupiditate stimulatus facit: *Facit eos, inquit Augustinus, carnalis timor & cupiditas seruos, non Evangelica Fides, spes & Charitas liberos. Quod paulo post clarius explicans: si propter illam (terrenam felicitatem) solatur Deus, seruus est iste cuius peritens ad istos ancillae. Si autem propter ipsum Deum, ut in aeterna vita sit Deus omnia in omnibus, liberalis est seruitus postmens ad filios liberos. Et in litris de sermone Domini* *Lib. 7. de in monte: lex maiori parte seruientes timore premebantur: hic autem maxima dilectione liberi nuntiantur. Quod in initio libri dixerat quod iudaeos adhuc timore alligari oportebat, Christianos vero charitate liberari. Et in tractatibus in Ioannē: Hac spes nostra est fratres, ut à libero liberari, & liberando seruos nos faciat: serui enim & ramus cupiditatis (id est peccati) liberati serui efficiuntur charitatis. Et declarans quomodo charitas illa liberans seruitutem Dei faciat, sic reprimit Christianum de libertate adepta gloriantem: Non dicat Christianus liber sum, in libertatem vocatus sum & c. faciam quod volo, nemo me prohibet à voluntate si liber sum sed si ista voluntate peccatum facis, seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad liberè peccandum, sed uteris ad non peccandum. Erit enim voluntas tua libera si fuerit pia (scilicet charitate Dei) eris liber, si fueris seruus liber peccati, seruus iustitiae, nunc autem liberati à peccato, serui autem facti Deo & c. Et in sermonibus de diuersis: Seruitus pertinet ad timorem, libertas ad amorem. Et alibi. Si Dominus es auti, facis de illo quod bonum est: si seruus facis de te quod malum est. Seruum autem te fecit cupiditas, liberum charitas & c. Quare non sit sursum cor liberum sed vide si non amas & c. Et libro de continentia: sic nobis peccatum (id est concupiscentia peccati) ut paulo ante explicuit non dominabitur. Non enim sumus sub lege bonum quidem iubente, non tamen dante, sed sumus sub gratia, quae id quod lex iubet, faciens nos amare, potest liberis imperare. Et in Psalmos: Saluam fecisti de necessitatibus timoris in animam meam, ut tibi charitate libera seruiat. Vnde in libro de natura & gratia: Hac est inquit, lex libertatis non seruitutis quia charitatis utiq; non timoris, de qua Iac. Apost. ait: Qui autem perspexerit*

Lib. 9. ad Bonif. 6. 40

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.

Lib. 7. de in monte. 20.



in legem perfectam libertatis. Ex quibus patet, esse scripturis & litteris Apostolicis hanc coëtrinam fuisse Augustinum, non suo ingenio commentum esse. Illæ enim sunt, quæ libertatem charitati tribuere solent, illo clamante

Iacobi. 1.

2. Cor. 3.

Galat. 5.

1. Petri 1.

1. Ioan. 4.

In Psal. 136

Tit. 2. de lib. arbit. c. 3.

perfectam libertatem fecit per legem libertatis incipientes iudicari. Et per os Apostoli Pauli: Vbi spiritus Domini, ibi libertas: Non est in ancilla filij, sed libera, quæ libertate Christus nos liberavit. Vos in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasione dei cariti. Et qua obsecro illa libertas in quam vocati sumus? Sed per charitatem: servite invicem. Et per os Apostoli Petri: Quasi liberi; & non quasi velamen habentes naturalis libertatem, quam libertatem? Sed sicut servi Dei, cui non timore, sed solâ charitate servitur. Perfecta enim caritas servas timore timeri. Porro quia tunc summa caritas est, quare o fructur veritate, quam diligit (amor enim si in o impetu in fructuorem rapitur) hinc in fructuione incommutabilis veritatis summa voluntatis libertas erit. Augustinus: Facile potest demonstrari captivos nos esse. Non enim respiramus in auras illius libertatis: non enim si in puritate veritatis & illa sapientia, que in se ipsa natens innovat omnia delectationibus temporalium rerum tentamur. & colla enim quotidie in suggestione illucitatum voluptatum? Vix respiramus, vel in eraticone captivos nos esse intelligimus. Et in libris de libero arbitrio veram arbitrij libertatem & summam explicans: Hæc est libertas nostra, cum isti subduntur veritati per amorem, & ipse est Deus noster, qui nos liberat à morte, id est à conditione seu servitute peccati. Ipsa enim veritas etiam homo cum heminibus loquens ait credentibus sibi: Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem. & veritas liberabit vos. Nulla enim re fructur anima cum libertate, nisi quâ fructur cum securitate.

Porro nihil omnino ardentius anima, quam delectationem appetit, hæc enim ratio est, cur omnes animæ motus, siue appetat, siue fugiat, in delectationem velut in requiem omnium ponderum ejus terminetur, ut merito delectatio & suavitas omnium desideriorum fugarum, que requies dici possit: Amant requiem, inquit Augustinus, siue pia anima, siue iniqua, sed quæ perveniant ad illud quod amant, plurima nesciunt nec aliquid appetunt etiam ipsa corpora ponderibus suis, nisi quod anima amoribus suis. Nam sicut corpus tandiu nititur pondere, siue deorsum versus, siue sursum versus, donec ad locum, quo nititur veniens conquescat: pondus quippe olei, si dimittatur in aërem, deorsum, si autem sub aquis, sursum nititur: sic anima ad ea quæ amant, propterea nititur, ut perveniendo requiescat. Quam requiem tum ibi, tum alibi delectat esse delectationem. Hinc ergo proficiscitur, quod Augustinus frequentissime libertatem istam charitatis delectationi tribuit, ut tunc hominem in operibus bonis liberum esse dicat, cum Deo, iustitiâ, veritate delectari ceperit, cum suavia sunt divina præcepta, cum Deus & iustitia placet. Quod eodem modo intelligendum est, quo supra diximus ex Aug. tunc arbitrium ad peccandum

esse maxime liberum, quando peccata cum quadam suavitate seu delectatione perpetrantur. Non enim intelligitur illa delectatio, quam anima velut sui desiderij requiem ac terminum appetit, sed illa perit, quæ delectabiliter & suaviter in obiectum rapitur. Hæc enim delectatio seu suavitas non diltinguitur ab ipso primo motu amoris, ex quo desiderium & gaudium fuit. Quæ de causa dici solet, nihil esse amore delectabilius: Et August. Tenere eam charitatem, in pleb. non eam; & sic us illa nihil est. Cum enim iste primus amoris ineliberatus motus sit quedam appetibilis complacentia, & quasi coaptatio & congruentia amoris cum bono suo, sicut similis cum eo, quæ sibi simile est, fieri non potest, quin hoc ipso sit amant delectabilis; unde August. Ea quæ facta sunt in tunc, utate, quare autem? si dist. minus crederi: si similis ex altero. Hæc autem similitudo ex charitate, quia & Deus est charitas, ut Apostol. ait. Et eam, addit ibi. e. accedere coaptationis. & presentie Dei, quæ animam in te caritas creata, quia & caritas Deus est, servas quiddam & c. Unde fieri non potest, cum ex ipso, & in ipso primo motu amoris seu complacentia magna sentitur suavitas, quæ ipse actus delectabilis est. Quod ita generaliter verum est, ut non solum in motu amoris, sed etiam corporum, ex congruentia siue similitudine suavitatis atque delectatio fiat. Ita enim inquit Aug. se res habent, ut pro immensuâ congruentia, vel delectatione, vel offendat: si delectat dulcis aut suavis dicitur: si autem offendit, amara, siue aspera siue aliena servitute, se videt. Ex quo fit, ut nonnullis verbis heminibus mel amarum sit, & pecoribus quibusdam, ut capris, suavis oleaster. Nam procul dubio suavitatis ipsa congruentia facit.

Hæc ergo ratio est, cur August. quem toties paulo ante dicentem audivimus, animam charitate liberam fieri, eandem libertatem delectationis, suavitate, complacentia que tribuat, ut tunc arbitrium dicatur liberum in bono quando delectabiliter & libenter opus bonum facit. De delectatione sexcenta suppetunt testimonia. Nam in Tractat. in Ioan. cum citasset illud Apost. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem, sic subiungit Augustinus: Ecce unde liberi, unde condelectantur legi Dei. Libertas enim delectat nam quandiu timore facis quod iustum est non Deus te delectat. Quandiu autem ut servus facis, non te delectat: delectet te & liberet. Et ut ostenderet in ipso amoris motu hæc esse delectationem: Noli, inquit timere servam, sed ama iustitiâ: mundum ibi potes amare iustitiâ me vel parâ, ut pervenias ad amandam iustitiâ. Et rursus de libertate delectationis. Ergo iam ille ex parte superiore liberum se esse sentiebat, unde dicebat: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Delectat me lex, delectat me, quod iuber lex, delectat me ipsa iustitiâ. Video autem aliam legem in membris meis & c. Et iterum de eadem libertate delectationis: Ex hac parte sentit captivitatem, ubi non est impleta iustitiâ. Nâ ubi condelectatur legi Dei, non captivus, sed legis amicus est, & ideo liber, quia legis amicus. Et in Psalmum sexagesimum septimum tractans illa Scri-

Tract. 101

10 Psal. 136

Libert. 101

Aug. 112

Tract. 101

101

101

la Scripturæ verba: *Parasti in tua suauitate egredi-
ti Deus*, pro quo nos legimus: *Parasti in lib-
cedine tua pauperi Deus*; in hunc modum ait:
Hæc est illa suauitas, de qua alibi dicitur Dominus da-
bit suauitatem. Et terra nostra dabit fructum suum
vt bonum opus fiat non timore sed amore, non serui-
dine pœnæ sed delectatione iustitiæ. Ipsa est enim ve-
ra & sana libertas. Et in libro de Spiritu & li-
tera: *Quo spiritu fit in nobis vt non peccare dele-
ctet vbi libertas est*. Et libro primo de nuptijs
& concupiscentia pulcherrime simul & liber-
tatem & delectationem & amorem comple-
ctitur: *Ista delectatio legi Dei secundum interio-
rem hominem de magna nobis venit gratia Dei*. In
ea quippe interior homo nosse renouatur de die in
diem cum in eo proficit perseveranter. Non enim
timor est torquens, sed amor libens. Ibi sumus
veraciter liberi, vbi non delectamur inuiti. Vbi veraciter
libertatem, quæ est in operibus bonis opponit
libertati seruili, quæ exseritur in operibus
malis. Nam & illa libertas delectatione per-
ficitur ut supra declarauimus. Sed hæc est dif-
ferentia, quod illa seruilis peccati delectatio
etiam inuitos maximeque repugnantes tentat
seruos suos, cœlestis autem delectatio, quæ
veraciter liberos facit, illa quoscumque inui-
tos inuenit, hoc ipso quo liberos etiam volen-
tes facit.

In Psalmo 67.

Lib. de Spir. & lit. c. 15.

Lib. 1. de nupt. c. 31.

In Enchirid. c. 31.

Lib. 3. de nupt. c. 30.

Lib. de grat. Christi c. 13.

Lib. de quæst. in auimæ c. 34.

Lib. de grat. Christi c. 13.

Ait. Hoc autem duplex beneficium nisi volun-
tatis arbitrio per gratiam conferatur, ipsa vo-
luntas bonum opus neque velle, neque face-
re potest, hoc est, nullo modo habet opus
bonum in potestate. Cum vero hoc sit pro-
priè liberum, ipso Augustino teste, quod habe-
mus, in potestate seu quod facimus cum volumus,
apertissime sequitur, istam libertatem à pec-
cato, hoc est, à concupiscentijs peccatorum,
quam semper Scriptura sacra & Augustinus
inculcant, non mysticam, non improprie di-
ctam, non Christianam tantum, sed esse veram
genuinam & propriissime dictam arbitrij li-
bertatem ad opus videlicet bonum: ad quod
illa libertas tribuit potestatem, qua per se vo-
luntas sicut prorsus caret, ita & boni operis
libertas caret. Quod ipsum multipliciter in
omnibus operibus suis Augustinus docet: *Ad
iuste faciendum liber non erit, nisi à peccato liberatus
esse iustitia caperit seruus*. Et continuo: *Sed ipsa
libertas ad bene faciendum, vnde erit homini ad dco
& vendito, nisi redimat ille; cuius illa vox est: si vos
silius liberauerit, tunc vere liberi eritis? Quod ante-
quam fieri in homine incipiat quomodo quisquam de
libero arbitrio in bono glorietur opere qui nondum
liber est ad operandum bene? Et rursum: Tunc er-
go efficiamur vere liberi (scilicet ad operandum
bene) cum Deus nos seruit, id est format & creat,
non vt homines, quod iam fecit, sed vt boni homines
fimus, hoc est amantes bonum. Quia enim est
bonus nisi amet bonum? Vt alibi dicit. Et in
Psalmos: Non inuenimus vt nihil ametis, sed mo-
nemus ne mundum ametis: vt cum qui fecit mundum,
libere ametis. Obligata enim anima amore terreno,
quasi visum habet in pennis volare non potest. Ni-
mirum quia ut addit pennæ non sunt resolutæ
ab omni impedimento. Terrenus enim iste & con-
cupiscentialis amor quem supra diximus, in
in omnes creaturas totumque mundum exar-
descere, impedit ne arbitrium res cœlestes,
hoc est, Creatorem amare possit. Vnde de tali
homine concupiscentiâ subiugato, & sine gra-
tia liberante considerato dicit Augustinus: *Si
bonus homo esset, aliter esset. Nunc autem quia (ante
gratiam) ita est, non est bonus, nec habet in pote-
state vt bonus sit, siue non videndo qualis esse debeat,
siue videndo & non valendo esse, qualem debere esse se
videt. Quid est, non habet in potestate vt bonus
sit, nisi non habet arbitrium adhuc liberum vt
bonus sit, & bonum operetur? Quod ipse
statim disertis verbis seipsum exponens adij-
cit, & admirationem tollit hominum minus
intelligentium illam arbitrij libertatem, & se
liberos ad opus bonum ante gratiam opinan-
tium: *Nec mirandum est, quod vel ignorado non ha-
beat liberum arbitrium voluntatis, ad eligendum quid recte
faciat: vel resistente carnali consuetudine (id est cõ-
cupiscentia) quæ a violentia mortali successione quo-
dammodo naturaliter moleuit, videat quid rectè faci-
endum sit & velit nec possit implere*. Ignorantia quip-
pe illa & concupiscentia vincula, impedimen-
ta, compedes, quibus nominibus ea solet voca-
re Augustinus, potētissima sunt, quæ nemo nisi
sola gratia diripere, & ab eis arbitrij libe-
rare potest. Quod antequam fiat, nulla omnino
potestas**

In Enchirid. c. 36.

In Tractat. in Ioan. c. 10.

Lib. 3. de lib. arb. c. 13.

Ibid.



potestas est in arbitrio ut bonum spiritualiter velit aut operetur. Quae sanè cum ex Scripturis Sacris & Christiana fidei cardinibus cuncta fluant, apertissimè verum est, id quod ex Augustino demonstrauimus, libertatem istam à peccato, secundum utrumque terminum à quo & ad quem spectatam, esse veram & propriissimè dictam libertatem, quae voluntatis arbitrium verè & propriè liberum fit, non ad quasilibet actiones, sed ut iustitiam & opus bo-

num velle possit & facere: quantumuis interiori per se alia quadam seruituti libertate gaudeat, per quam simili planè modo peccato seu concupiscentiae libenter seruiat, & opera iniquitatis liberè, quia lubenter ac delectabiliter, operetur, quae à Scripturà & Augustino seruitus peccati, & libertas iustitiae dici solet, quemadmodum supra fusè ex ipsius verbis sententiam eius explicauimus.

CAPVT OCTAVVM.

Vberius declaratur natura libertatis. Quid sanitas, quid potestas arbitrij. Vnde nascuntur, ortus, incrementum, fastigium libertatis.

VT vero accuratius intelligatur, quomodo libertas illa à peccato, seu à delectationibus peccandi, tribuat bonae voluntatis & operis potestatem ut arbitrium in bono faciat quod velit, ideoque vera proprièque dicta libertas arbitrij sit ac dici debeat, sciendum est, hanc libertatem non esse aliud quam voluntatis seu arbitrij sanitatem. Sanitatis vero in omnibus rebus illa natura est, ut sit vigor, robor, potentiaque naturarum, eamque potestas operandi cuique naturae congrua consequatur: Animus vero seu voluntas rationalis habet etiam quam maximè sanitatem suam, habet aegritudinem suam, habet operis boni ex sanitate potestatem, habet eiusdem operis ex aegritudine infirmitatem. Sanitas voluntatis, amor est creatoris, aegritudo cupiditas seu delectatio creaturae. Vnde diuinitissimum istud Augustini de sanitate vitae praesentis: *Charitas, sanitas. Et de sanitate future: Tunc plena sanitas, quando plena charitas.* Et illa sexcenties iterata doctrina, quod concupiscentia quae non diligit nisi creaturam sit morbus, aegritudo & infirmitas voluntatis. Quae de re non pauca diximus in tractatu de concupiscentia. Porro perfecta sanitas quantum ad aegritudinis immunitatem in diuisibili sita est. Omnem enim aegritudinem prorsus excludit: vnde & sanitas perfecta voluntatis nullam omnino aegritudinem cupiditatis admittit. Hoc ipso quippe, quo vel tantillum vitiosi amoris aut delectationis in voluntate irrepit, aut reliquum est, perfecta charitatis perfecta que sanitatis vigor violatur, & hoc ipso succedit loco potestatis infirmitas. Voluntas enim diuiditur, & ipsa diuisione fit infirma quia resistit sibi. Nec enim plenè vult, nec plenè non vult, hinc lucta, hinc labor, quia ex lucta discerpitur graui molestia. Vna enim tota non est, & hoc adest alteri quod adest alteri. Vnde optimè Augustinus. *Cum inhaesero tibi ex omni me sex, anxia scilicet omni concupiscentiae peste quae aliquid nostri hic semper captiuum tenet, nisi qua erit mihi dolor & labor. Et via erit vita mea tota plena te. Nunc autem quoniam quem tu implet, subleuas eum, quoniam tu plenus non*

sum, oneri mihi sum. Et alibi orat ut anima sua sequatur se ad Deum *concupiscentia visio expedita, ut non sit rebellis sibi.* Et per illam dominicae precationis partem: *Libera nos a malo,* hoc à nobis postulari docet, ut liberemur à nobis ipsis ut nihil habeamus in nobis, quod resistat charitati quod repugnet veritati, quod subiacet infirmitati. Nimirum ut ita recolletis in unum Deum viribus voluntatis, quas infirmitas concupiscentiae distraxerat, fiat voluntas sanitate caritatis ut potentissima, ita liberrima ad opus bonum. Nam ipsa sanitas caritatis sicut est potestas eius, ita & libertas, & ideo libertas quia potestas. Hoc enim liberum, quod habemus in nostra potestate, & quod facimus quando volumus.

Ex hac igitur radice nascitur, quod Augustinus libertatem arbitrij ad opus bonum, sapientius ex sanitate proficisci docet; imo ipsam sanitatem esse libertatem eius: *per gratiam sanatio animae abolitione peccati, per animae sanitatem libertas arbitrij, per liberum arbitrium iustitia delectio.* Quod statim explicans addit: *gratia sanatur voluntatem, quae in iustitia liberè diligitur.* Et libro de peccato originali: *Erant & legis tempore homines Dei sub gratia delectante, sanante, liberante.* Quibus locis praeclearissimè & breuissimè ordinem exponit quo libertas in arbitrio gignitur, ut ante omnia delectetur, delectatione sanetur, sanitate liberetur: quae quamuis simul fiant, non tamen sine ordine aliquo naturae vel rationis videntur fieri. Vnde & alibi Pelagius arguit, quod *tantumquam saluam, id est, sanam & liberam naturam defenderet, quasi diceret sanam, ideoque liberam.* Istum tamen siue naturae siue rationis ordinem non semper seruat Augustinus, sed sicut re ipsa idem sunt, ita nonnunquam illa promiscuè exprimere solet. Nam alibi aduersus eundem orandum esse docet, ut *absolutissima cui nihil addi possit, sanitate, perfecta Dei suauitate, plena libertate perfruamur.* Sanitatem anteponebat suauitati cui eam praecedentibus locis quasi effectum postposuerat. Sed ut sanitatem arbitrij quam charitas ac suauitas tribuit, re ipsa libertatem eius esse significaret, peregre regiè contra Caesarium dicit: *Sicut non est*

Tract. 9. in
Epist. Ioan.
Lib. de per
fess. iust.
c. 3.

Lib. 2. de
statu natu
ra lapsa.

Lib. 10.
Confess. c.
28.

Cap. 30.

Serm. 30.
de verbis
Apost. c. 4.

Lib. de
statu natu
ra lapsa.
c. 10.

Lib. de pe
ccato origi
nali.
c. 2.

Epist. 106.

Lib. de
natura &
gratia c.
18.

Lib. de
perf. iust.
non est c. 4.

non est opus sanis medicus, sed male habentibus, ita non est opus liberis liberator, sed servus, ut ei dicat gratulatio libertatis, salvasse de necessitatibus animam meam. IPSA ENIM SANITAS EST VERA LIBERTAS, qua non perisset, si bona permanisset voluntas, id est caritas, hoc est enim Augustino bona voluntas, ut alibi dictum est.

Cum igitur arbitrij sanitas sit libertas ejus, & sanitas ex ipsa ratione sanitatis robustissima sit, & gritudo vero infirmissima, imò ipsa & re & nomine infirmitas sit, hinc fit ut Augustinus doceat libertatem arbitrij ad opus bonum dare, vel etiam esse potestatem ejus, hoc est, idcirco voluntatis arbitrium aliquid posse, quia liberum, siue liberatum est. Hoc enim indicat, quando in lib. de correptione & gratia dicit: *Quid aliud rogavit* (Christus Petro) *nisi ut haberet in fide liberrimam, fortissimam, perseverantissimam voluntatem?* Hoc indicat quod mox iterum dicit: *Voluntas quippe humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem & inseparabilem fortitudinem.* Vnde paulò post dicit electos accipere tantam per ipsam gratiam libertatem, ut quamvis in pugnent contra concupiscentiam peccatorum, non tamen ultra serviant peccato, quod est ad mortem: tantam libertatem, hoc est, tam potentem libertatem, quia videlicet accipiunt tantum liberrimam charitatis ardorem, quo cuncta minantia, cuncta invitantia, cuncta cruciantia superentur. Hoc denique indicat quod in retractationibus dicit: *Quando tale est* (peccatum) *ut idem sit & poena peccati, quantum est quod VALET, id est potest, voluntas sub dominante cupiditate, nisi forte si pia est, ut oret auxilium? In tantum enim libera est, quia in tantum liberata est.* Perpicue enim dicit piam voluntatem, quamdiu dominatur ei cupiditas, sicut in omnibus peccatoribus dominatur, saltem orare posse, quia in talibus ad orandum tantum libera est, quia eo usque saltem per gratiam liberata est.

Ex eadè radice nascitur, quod iuxta doctrinam S. Avg. sicut sanitas arbitrij paulatim iustitià proficietè crescit, ita etiam libertas arbitrij magis atque magis augeatur. Sanitas autè arbitrij, cum nulla sit, ut jam diximus, nisi charitas, quodcumque fuerit charitatis incrementum idem & libertatis erit. Hinc ergo fit, ut quemadmodum sanitas & charitas hoc est, bona voluntas hominis erga Deum, à prima credenti & oranti voluntate sumit exordium, pariter etiam libertas arbitrij ad bonum, cum eadè illa bona voluntate reuiuiscat. Nam hoc significatum voluit Augustinus illo ex retractationibus loco: *Nisi forte si pia est ut oret auxilium? In tantum enim libera est, quia in tantum liberata est.* Pietas enim incipit à prima bona, id est, credenti voluntate, per quam etià ex fide orare potest, iuxta illud Augustini: *Initium fidei, ubi est etiam initium bonæ, hoc est piæ voluntatis &c.* Hanc libertatis cum bona seu pia voluntate inchoationem expressit alibi luculentius *Ad hoc se intelligant habere quantum possunt liberum arbitrium, non ut superba voluntate respuant adiutorium, sed ut piâ voluntate invocent Dominum.*

A Quam sanctissimi preceptoris mentem, quantum per se perspicuam, lucidissimis verbis discipulus eius sanctus Fulgentius explicat: *hæc libertas (à peccato) quæ non ex humano arbitrio nascitur, sed gratuita Dei miseratione conferitur à bona voluntate sumit exordium, & per fructum sanctificationis in vita æterna plenam sortitur effectum.*

Nec; verò tantum libertas incipit cum sanitate, id est caritate, siue bona voluntate, sed cum eadè etiam ipsè planè gradibus crescit. Cum enim dixisset August. in hoc intelligendū esse liberum arbitrium, ut piâ voluntate invocent Dominum, velut rationem reddens præclarissimam illam sententiam subiicit: *Hæc enim voluntas libera, tanto erit liberior, quanto sanior, tanto autem sanior, quanto divina gratia misericordique subiectior.* Sanitas autem, charitas, ut ex ipso jam audiimus, res ipsa clamat. Et statim iterum cum à Propheta fideliter orari dixisset, ne dominaretur sibi omnis iniquitas, precatur, inquit, non pollicetur: *constitetur, non proficitur.* Optat plenissimam libertatem non iactat propriam presertim. Qui optat plenissimam, nisi quia nullis iustis, nec Apostolis quidem, ita plena est, quin possit crescere, & plenior fieri? Vnde de simili Apostoli oratione, quæ se liberari postulabat à corpore mortis huius, hoc est, ut sapius exponit, corporis vitij, concupiscentiæ videlicet delectationibus: *Neque enim sibi sufficit, qui dicit, infelix homo, quis me liberabit, aut plenam libertatem habere dicens est, qui se ad huc postulat liberari.* Et hac de causa, quamvis voluntas Petri jam à peccato esset libera, Christus Dominus precando, ne deficeret fides ejus liberiozem volebat fieri. Hoc enim teste Augustino precabatur, ut *haberet in fide liberrimam, fortissimam, invictissimam perseverantissimam voluntatem.*

Sed nullibi quod sciam euidentiùs totam istam libertatis gradationem à basi usque ad fastigium ejus tradit, quam in tractatibus in Joannem: *Intendite, inquit, fratres mei, intendite: ne forte possim perducere vobis ad sensum, & qualis modo sit, & qualis futura sit ista libertas.* Intendamus igitur & nos, quia ita postulat, & res magna est, ut plenissimè sententiam ejus capiamus. *Prima libertas est carere criminibus* Hoc est, post peccatorum remissionem vivere sine peccatis grauibus, ut statim explicat; quia sine omni peccato hic vivit nemo, nisi ille solus, qui fuit in mortuis liber. *Qui igitur ita vivit ut criminibus careat, incipit caput erigere ad libertatem: sed ista inchoata est non perfecta libertas.* Ecce ergo primus libertatis gradus. Sed quare, inquit aliquis non est perfecta libertas? An forte quia non est satis indifferens ad bonum & malum? Ad hoc vel illud bonum? *Quia video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Non enim quod volo, hoc ago &c.* Caro enim concupiscit adversus spiritum &c. Ecce peccatum à quo paulatim liberamur. Ecce unde dicitur libertas à peccato: *Ex parte libertas ex parte servitus: nõdum tota, nõdum pura, nõdum plena libertas, quia nõdum plena*

de Cor. 2. grat. 8.

lib. 11.

lib. 11. 1. 1.

Epist. 107. in fine.

Epist. 89. 2.

lib. de in. carn. 6. grat. 19.

Epist. 89. 2.

lib. de nato & grat. 55.

lib. de corr. & grat. 6. 8.

Tract. 41. in Joann.

plena eternitas. Habemus enim ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatem &c. Audeo dicere ex qua parte servimus Deo liberi sumus: ex qua parte servimus legi peccati adhuc servi sumus. Ecce salutem nostram in hac vita libertatem, sed crescentem cum decrecente illa peccati lege de die in diem, si bene proficimus. *Quando igitur plena & perfecta libertas erit?* Audi ipsum interrogationi sua respondentem: *Quando nulla inimicitia, carnis concupiscentis contra spiritum & spiritus adversus carnem, quando novissima inimica destruetur mors.*

Tota ista doctrina ex Augustini principiis supra deductis liquidissime fluit. Cum enim libertas à peccato non sit aliud nisi libertas à dominante & in peccatum nos vergente concupiscentia, & per hoc ipsum detur potestas diligendæ iustitiæ, & ex illâ dilectione pote-

stas faciendi operis boni, necessarium profertur est, ut quo magis ab illo peccati morbo liberemur, eo magis liberetur arbitrium, pleniorque ad bonum libertas potestque conferatur. Porro ab illo peccato nihil aliud nos magis magisque liberat nisi charitas, secundum verissimam constantissimamque doctrinam Augustini, unde necesse est ut ipsa gradibus crescat & decreseat libertas arbitrii, quibus sanitas charitatis qua ab illo peccato liberamur: Ignorantia, inquit, minuitur, veritate magis magisque lucente: concupiscentia minuitur, charitate magis magisque fervente. Charitatis enim venenū est cupiditas, ut idem docet: *Nutrimus enim eius immunitio cupiditatis, perfectio, nulla cupiditas.* Unde iubemur detrahere de pondere cupiditatis, quod accedat ad pondus charitatis, donec illud consumatur, hoc perficiatur.

CAPVT NONVM.

Quatuor Corollaria ex istis principiis Augustini declarantur, & in primis quomodo arbitrium liberum erit in cælo.

EX quâ summâ doctrinâ principiorumque consonantiâ, multa in Augustini sensu valde perspicua, sed miris tenebris iuxta recentiores nonnullos, adoperta intelliguntur.

Nam primò hinc perspicitur, quid sibi velit Augustinus quando docet, arbitrium non esse liberum, cum concupiscentia hominem subiugatum tenet: *Quomodo?* inquit, *libera est (voluntas) cui dominatur iniquitas?* Quia de re multis postea acturi sumus: Nimirum, quia hoc ipso quo arbitrium à concupiscentiâ superatum est, ei servum addicitur, ut Sanctus Petrus loquitur, & ut ipse Christus, Augustino sapissime interpretate: *Qui facit peccatum servus est peccati.* Unde Augustinus: *Nec libera voluntas dicenda est, quâdam est, vincens & vincens concupiscentibus subdita: A quo quis enim devictus est, huic & servus additus est.* Et alibi: *Si adversus eam pugnare desiteris, vincere, vincieris, & ad immunda cuncta pertraheris &c.* Queni ideo mox captivum concupiscentiæ, desertorem continentia vocat. Captivitas enim arbitrii sub malo, & libertas eius ad bonum ex diametro sibi in Augustini doctrina adversantur.

Hinc secundo perspicitur vera ratio, cur Augustinus doceat libertatē arbitrii in Adamo fuisse maximam, neque quenquam in hac vita esse cuius arbitrium ita liberum sit: *Nulla quippe sunt, ait Augustinus, que agunt homines mala à quibus cu liberum est abstinere, sed nullam liberum est quam illi sint.* Quid ita? *Qui Deo suo à quo erat conditus rectus, nullo profus vicio depravatus astabat.* Nimirum quia omni concupiscentiæ captivitate arbitrium eius profus vacuum fuit. Et hæc est etiam vera ratio, cur

Adami arbitrium seu voluntatem Augustinus sæpe dicat absolutè fuisse liberam, & nostram neget: *Quis enim nescit sanum & inculpabilem factum: & libero arbitrio, atque ad iuste vivendum potestate libera constitutum.* De nobis vero in hac ruina constitutis dicit: *Nunc ei qui dicit (id est, etiam Apostolo Paulo) quod nolo malum hoc ago (id est concupisco invidus) abstinere inde liberum non est.* Et in eodem libro multò post: *Hinc ad bene vivendum & ad rectè agendum per voluntatis arbitrium, asserere liberum, clamantem tibi, mentis, non quod volo ago, quasi dicat non sum liber, ut alibi dicit. Nimirum quia Adam omni peccato sibi concupiscentialiter dominante vel blandiis arbitrium proflitane profus caruit, ut pote cui nihil concupiscentialiter resistebat, à quo malo nemo in hac vita penitus ita liberatur, ut nihil pestis istius arbitrium per intervalla, magis aut minus fatigantis reliquum sit.* Deplorat itaque iacturam istius magnæ libertatis in libro de correptione & gratia: *Nunc verò posteaquam est illa magna peccati merito amissa libertas, etiam maioribus donis adiuvanda remansit infirmitas.*

Hinc tertio intelligitur, cur in Augustini principiis libertas ista per solam gratiam dari & augeri & compleri possit, hoc est, cur nemo liber arbitrio ista libertate peccati esse potest, nisi filius liberaverit. Nimirum, non quia peccati remissio per gratiam dari debet (ut Pelagiani quoque voluerunt) non quia inde opera bona quæ quis operari debet, supernaturalia sunt (ut illi qui doctrinæ sancti Augustini non satis periti sunt, suspicantur) sed quia non est potestas in cælo vel in terra quæ voluntatis arbitrium ab horrendo illo concupiscentiæ iugo

Epist. 89.

Ioan. 8.

Epist. 44.

Lib. 1. cont.

Iul. c. 21.

Lib. 1. cont.

Iul. op. 1.

imp. f. 40.

Lib. de nat. & grat. 43.

Lib. 1. op. 1. imperf. 41.

f. 149.

Lib. de Cor. & grat. 11.

In Enchirid. c. 30.

in iugo, captiuitate, dominatione, blandicijs illud superantibus, si sibi etiam iustificati relinquuntur, liberare potest, nisi solum gratuitum adiutorium gratia Dei. Hæc est enim vera ratio, cur dicat Augustinus. *Ad iuste faciendum, liber non erit nisi à peccato liberatus, esse iustitia ceperit seruus: & iterum: Quid enim boni operari potest peritrus, nisi in quantum fuerit, a perditione liberatus?* Nempe quia etiam iustus ab illa perditione victoris peccati illius magis magisque liberatur. *Victore enim, ut addit, peccato amicum est liberum arbitrium. A quo quis enim devictus est, huic & seruus additus est.* Et iterum in retractionibus: *Voluntas ipsa id est arbitrium voluntatis, nisi Dei gratia liberetur à seruitute, à qua facta est serua peccati, & ut vitia superet, adiuveretur, recte pieque vivi à mortalibus non potest.* Et iterum: *In tantum enim libera est, in quantum liberata est voluntas.* Et hæc de causa notat sapè ab Apostolo non esse dictum: nunc autem liberi à peccato, sed nunc autem liberati à peccato: *Liberos, inquit, dixit iustitia (id est à iustitia) non liberatos. A peccato autem non liberos, sed vigilanti se me maluit dicere liberatos, referens hoc ad illam Domini sententiam: Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis.*

In retrat. 1. 1. ad Iust. c. 2.

In retrat. 1. 1. ad Iust. c. 2.

Hinc quartò vera & genuina causa elucescit, cur Augustinus semper doceat liberum arbitrium in sempiterna felicitate non periturum, sed multò magis liberum futurum esse, quàm in hac vita fuit. Miro hinc effingunt sibi, & Augustino offundunt fucos plerique recentiores, ut explicent, in quo maior illa libertas constituta sit: nempe, inquit, quia liberius eligeret hoc vel illud bonum. Nec enim aliam arbitrij libertatem, quàm indifferentia suspicari possunt. Sed profectò quis quis ea, quæ hæcenus ex clarissimis principijs eius derivavimus, intellexerit, jam me tacente palam cernet, nihil insulsius, nihil ab eius doctrinæ filo discrepantius dici posse. Nam huiusce solutionis (ut liberè dicam in explicanda libertate quid sentio) in universis operibus Augustini, quibus nihil frequentius & libentius, quàm de arbitrij libertate disserit, non est vestigium: sed excogitata est, ut eius doctrinam toto cæli cardine differentem, ad suam torqueant; non suam ad ipsius normam corrigant. Itaque verus Augustini sensus est, arbitrium voluntatis in cælo liberius futurum esse, cum peccare non poterit, quia ab omni peccati, hoc est, concupiscentiæ seruitute remotius, quia à tota illa exhausta peste liberatus, quia plenitudine charitatis sanius, quia ineffabili diuini amoris delectatione fortius, stabilius, & indeclinabilius. Nam ad utrumque libertatis terminum, & à quo liberatur arbitrium, & ad quem liberatur, & ad ipsius liberationis modum, in ista sua doctrina respexit Augustinus.

De respectu ad terminum à quo liberamur, dubitari nullo pacto potest. Nam non est alia libertas, nisi à peccato, quæ Augustinus aduersus Pelagianos iuxta scripturas jam sæpissimè repetitas propugnat; quæ scilicet libertate nos Christus liberauit. Vnde impossibile est, ut ab

A ea respectus ad terminum à quo fit liberatio, secludatur, cum eam involvat essentialiter, sicut ex eius tot testimonijs allegatis perspicuum est. Nam sicut in prima liberatione à peccato dominante, non potest intelligi libertas ab eo sine respectu ad illum terminum, nec in secunda cum peccati illius tyrannis magis frangitur, ita nec in tertia. Nam hinc sunt illa sancti Doctoris verba de Prophetâ cum liberationem plenam à dominante iniquitate imploraret: *Optat pl. n. s. man. futura vitæ libertatem, scilicet ne dominaretur iniquitas seu pessimam libertatem à dominante iniquitate, non tacet propriam potestatem.* Hinc illa de Apostolo liberationem à corpore mortis, id est, vitij corporis plenam implorante: *Nec plenam libertatem (qualis in cælo erit) habere dicendus est, qui se adhuc postulat liberari.* Hinc illa perspicua de tali plena à peccato libertate: *Quid autem liberius libero arbitrio, quando non poterit seruire peccato? Quali dicat, quid à peccato liberius & remotius illo arbitrio, quod ei peccato, à quo liberatum est jam amplius seruire non poterit? Et alibi, cum dixisset arbitrium hinc malè vellet, postea verò malè nolle, id est peccare peccatoque seruire non posse, statim adiicit euidentius: Nec ideo libero carebit arbitrio. Multo quippe*

Epist. 89.

lib. de natu. ra & grat. 1. 47. 33.

In Enchir. c. 103.

Lib. 21. de Cris. c. 30.

Tract. 47. in Ioan.

B *liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit seruire peccato. Quid est hoc, nisi multo liberatus erit arbitrium, quod non amplius in seruitute peccati ruere potest? Et adhuc illustrius: Nec ideo (beati) liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt, id est, quia tentari peccati seu concupiscentiæ delectatione non poterunt. Hoc enim apud Augustinum est peccati delectatio; magis quippe erit liberum à delectatione peccandi usque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberatum, id est, à concupiscentiæ delectatione, usque ad impossibilitatem habendi concupiscentiam delectationis. Non possem omni verborum delectu clarius oculis subijcere eum, quem dixi esse Augustini sensum, quàm ipse subiecit. Vnde definitiva eius sententia superius explicata, Quando plena & perfecta libertas erit? Quando nulla inimicitia (carnis aduersus spiritum concupiscentis quam latissimè declarauerat) quando novissima destruetur mors.*

D Ad terminum etiam ad quem liberationis seu libertatis ab Augustino respici, hoc est, ad non peccandi beneque vivendi potestatem, & ad ipsum liberationis modum, maiorem scilicet charitatis delectationem, res æque manifesta est, nam hoc ille ultimus locus clarè loquitur: non enim solum dicit beatorum arbitrij magis liberum futurum à delectatione peccandi, hoc est, à peccato seu delectatione peccati, qui est terminus à quo arbitrium liberatur, sed eo usque progressuram istam liberationem ut delectetur indeclinabiliter non peccare, hoc est, ut iustitiam peccato repugnantem delectabiliter & indeclinabiliter diligat. Et hinc est, quod statim istam maiorem beatorum libertatem in bono seu in termino ad quem, non in eo ponit quod arbitrium sit indifferentius ut



hoc vel illud bonum diligit, sed quod sit potentius ad non peccandū, hoc est, stabilis, & in iustitiā (quā Deus noster est) dilectione confirmatus. Causam enim cur sit liberius istam reddit, quod cum Adami arbitrium ita liberum fuerit, ut potuerit non peccare; *Hoc autem,*

Lib. 22. de Civit. c. 30.

inquit, nouissimum eo potentius erit quo peccare non poterit. Nimirum, iuxta doctrinam quam ex eo paulo ante produximus, quod arbitrij libertas sit etiam potestas eius: & proinde quod liberius, eō potentius ad iustitiam diligendam.

Ibid.

Sed omnia ista tria, & terminum à quo libertatis, & ad quem, & modum liberationis per delectationem caritatis simul eleganter in eodem illo libero de Civitate complexus est: *Erit ergo illius civitatis & vna in omnibus, & insuperabilis in singulis voluntas libera.* Et in quo libera? Num quia indifferentius ut eligat hoc vel illud bonum? *Ab omni malo liberata.* Ecce terminum à quo: *& impleta omni bono.* Ecce terminum ad quem, quia boni, id est, Dei dilectione plena est. *Fruens indeficienter aeternorum iucunditate gaudiorum.* Ecce liberationis modum.

Lib. de nat. grat. c. 58.

Hoc est enim quod ante alijs verbis expresserat usque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberationem: quae delectatio indeclinabilis non est alia, nisi fructio indeficiens aeternorum & iucunda gaudiorum. Hoc libertatis à peccato incrementum & felicissimum complementum & modum, alijs verbis eodem sensu circumscriptis alibi: *Pro sanandis (membris) orare debemus, ut absolutissima cui nihil addi possit sanitate (quae charitas est) perfecta Dei suavitatem plenam libertatem percipiamus.* Ecce absolutissima beatorum sanitas, perfecta suavitatis, plena libertas est. Et rursus alibi, pari verborum evidentia & efficacia: *Quia peccavit voluntas secuta*

Lib. de pers. fact. iust. c. 4.

est peccantem peccatum habendi dura necessitas donec tota sanetur infirmitas, & accipiat tanta libertas, in qua sicut necesse est permaneat beatè vivendi voluntas, ita sit etiam bene vivendi & nunquam peccandi voluntaria felicitas, necessitas. Summam hic beatè libertatis in tribus sitam esse declarat. Primo in eo quod tota sanetur infirmitas, quae, iuxta perpetuam Augustini phrasim, est illud ipsum peccatum quod concupiscentiam dicimus, à quo proprie veluti termino à quo efficitur liberi, ea libertate qua nos Christus liberauit: secundo in eo quod perpetua sit voluntas beatè vivendi, quae non est alia nisi voluntas fruens aeternorum iucunditate gaudiorum, seu indeclinabilis plenae iustitiæ delectatio. Vbi proprie exprimitur modus liberationis per ineffabilem illam caritatis suavitatem, quae facit ut nulla peregrina peccati vel concupiscentig delectatio amplius irrepere queat. Tertio in eo quod simul permaneat non peccandi beneque vivendi voluntaria felicitasque necessitas, hoc est, voluntas felix, immutabilis, & necessaria (ut ita nostri seculi verbo & sensu loquar) non peccandi recteque vivendi; qui propriissime est terminus ad quem fit illa suprema beatissimaque liberatio. Omnia denique tria non sunt aliud, quam id quod in libris de Civitate Dei dixerat, voluntas libera, liberata omni malo, & impleta omni bono, fruens indeficienter

aeternorum iucunditate gaudiorum: vel, ut brevius aetatis nostrae phrasi loquar, *amor beatissimus,* diversis respectibus quasi à diversis lateribus consideratus. Nonne videtur Augustinus, quantum ex istis omnibus eius testimonijs liquet, ne solum se quidem unquam de absentis illis glossis verborum eius, quae in nonnullis proferuntur? Si enim illas de industria declinare voluisset non potuisset ab eis longius recedere, non solum in explicanda maiori libertate beatorum, sed etiam suam quacumque praesentis vitae. Hoc enim confidenter mihi asserere licet, cuius probationem in suum locum differo, in univcrsis voluminibus quae contra Pelagianos exarata sunt, totoque illo conspectu de salute, destructivae per gratiam arbitrij libertate, non aliam ullam elucere libertatis arbitrij faciem, quam produximus, nec esse vestigium ullum, quo Augustinus unquam de tali indifferenti libertate ad eligendum hoc vel illud bonum cogitasse, multo minus ad eam depellendam calumniam causa confugisse videatur. Constantissima quippe doctrina eius, paucis verbis quicquid de libertate respectu termini à quo, ad quem, modi liberationis quorumcumque sive aegrotorum sive sanorum, dictum est, complectentibus, comprehenditur: *Hac voluntas tanto erit liberior, quanto sanior, tanto autem sanior, quanto diuina gratia, misericordiaeque subiectior.* Nam illa gratia est quae sanitatem, id est, charitatem, illa est quae suavitatem, hoc est, omnem charitatem, illa est quae non peccandi necessitatem, hoc est, indeclinabilem charitatem, & per hoc summam à servitute peccati libertatem arbitrio voluntatis impertit. Haec enim est lex libertatis non servitutis. Qui sic Doctor beatissime & profundissime? *Quia charitatis vitique non timoris.* Homines enim facit carnalis timor & cupiditas servos, peccati seu cupiditatis, Evangelica fides, spes, & charitas liberos. Nam idcirco in bene agendo nullum est vinculum necessitatis, quia libertas est charitatis.

Epist. 89.

Lib. de nat. & grat. c. 57. Lib. 3. ad Bonif. c. 4.

Lib. de natura & gratia c. 63.

CAPVT DECIMVM.

Triplex liberi arbitrij status, ad bonum, vel malum, & ad utrumque. Vnde haec restrictio ad unum, vel indifferentia contrarietatis nascatur.

HAtenus duo illa membra libertatis explicuimus quibus terminus à quo libertatis exprimitur, libertatem à iustitia, & à peccato, seu, ut hoc saeculo loquuntur usitatus, comparatione termini ad quem, libertatem ad malum & ad bonum. Nunc aliquid breuiter dicendum est, quomodo illae libertates arbitrij à diversis statibus eius participantur. Nam quamuis liberum arbitrium seu libertas eius, illa generalis, quam initio tractatus huius explicuimus, sit in univcrsum proprietatis creaturae, imo naturae rationalis & intellectualis, non tamen in omni supposito eandem suorum actuum latitudinem habet. Generatim quippe tam late patet liberum seu libertatis arbitrium, quam voluntatis arbitrium, quia liberum arbitrium & voluntatis

tatis arbitrium apud Augustinum idem esse declarauimus. Voluntas autem, prout natura quam afficit, diuersa fuerit, vel etiam prout in eadem natura peccatis praeuigilante, ex praeuigilante proposito profluentibus se differerit, ad actum plura paucioraque genera dilatatur aut restringitur.

Quomobrem sicut diuina natura, bonitas immutabilis est, & indefectibilis quia simplex, ita voluntas aequae simplex, ad quam bonitas proprie spectat, ab amando hoc bono, hoc est seipso, neque mutari neque deficere potest: ita ut quicquid amauerit, praeter se, non nisi sub eadem illa suprema bonitate, & ad eandem illam supremam bonitatem referendo amare possit: quae cumque vero creata natura, hoc ipso quo ex nihilo facta, neque simplex est, etiam mutari & deficere potest: *Et bonum solum*

simplex, inquit Augustinus, & ob hoc solum incommutabile quod est Deus. *Ab hoc bono creata sunt omnia bona, sed non simplex & ob hoc mutabilia.*

Et alibi: *Vnde colligitur non ob aliud res desicere, vel posse deficere, nisi quod ex nihilo facta sint. Ex hac igitur defectibilitate, quae ad nihilum, tanquam ad solum patrium vergit, omnis creatura rationalis hoc habet, ut etiam voluntas eius a veri & summi boni dilectione, aliud inferius bonum, quod non debuit, amando, deficere, hoc est, peccare possit: *Voluntarius enim defectus, quo anima rationalis ad ea quae infra sunt condita, conditore suo deserto, ad nat. assellum, hoc est quod peccatum vocatur. Ex illa igitur naturarum diuersitate nascitur duplex arbitrii status naturis ipsis congruus & adnatus, ut arbitrium naturae incommutabilis peccare non possit, mutabilis possit. Hae enim uti voluntatem ita etiam libertatem ad malum declinare potest, illa non potest. Ista utriusque naturae & arbitrii proprietates, si naturam species, immutabilis, & in beatis damnabilibus permanet. Nam etiam nunc beati & dauidi mutabiles natura sua sunt, quandoquidem Deo volente mutarentur, sed remuneratione donationeque factum est, ut illa naturalis in utramvis contrarietatis partem flexibilitas amplius flecti nequeat. *Aliud est esse enim Deum, aliud partem Dei. Deo natura sua peccare non potest: particeps vero Dei ab illo nec potest peccare non possit.* Sic igitur Creatoris arbitrium liberum est, sed ita ut non nisi bonum velle possit: creaturae itidem liberum, sed ita ut & bonum velle possit & malum. Nam hoc ipsum, a bono scilicet increato, cui amore adhaerebat, deficere posse, hoc est, ei posse velle malum.**

Lib. v. conu. conu. d. 119.

Lib. v. de conu. conu. d. 130.

Cum tali ergo arbitrio in utramque partem libero & flexibili conditus est angelus & primus homo; sicut hoc accuratius ex Augustino in initio demonstrauimus. Nam quamuis angelus, & in primis, Adam, Scriptura testis, rectus conditus fuerit, hoc est, cum voluntate rectitudinem aeternae veritatis amante, nec in creaturas adhuc illa concupiscentia vel amore curuata, talis tamen fuit, ut deserere posset rectitudinem suam, ut pote in quo nonnumquam illa bona voluntas quae diligebat istud

A incommutabile bonum, ita torrente voluptatis inebriata & firmata fuerit, quin adhuc leatum illud amoris vinculum posset abrumpere, & ita bene velle posset & male. Quomobrem ille primus est in creatura liberi arbitrii status, ad utramque non solum contradictionis, sed & contrarietatis partem prorsus flexibilis & indifferens: ita diuina iustitia praemium & supplicium liberorum voluntatis motuum temperante, ut quod quisque sibi fruendum liberè delegisset, siue creaturae, siue creatori, siue peccatum, siue iustitiam, hoc ipsum ei permittendo vel donando, stabiliter velut praemium retribuere. Angelos itaque qui seruata voluntatis rectitudine sibi similes manserant, sibi similiores fecit, ut & ipsi ad illum libertatis apicem, quo peccare, hoc est, iustitiam adamatam amittere non possent, suo auxilio condescenderent; eos vero qui iustitia derelicta peccatum adamauerant, stabili ac perpetua peccati seruitute multauit. *Deus enim, ut Augustinus, iustitiam moderatur, ut pro cupiditatibus & electionibus suis, seruitutes eorum, libertatesque distribuat. Ipse enim sicut naturarum omnium creator est, ita voluntatum bonarum adiutor & remunerator, malorum autem relictor & damnator.*

Ex hac igitur spontanea creaturae rationalis in utramque partem liberrima discretionem, illa aequabilis libertatis indifferentia, velut bilancis aequilibrium perijt. Magno enim impetu voluntatis pars altera creaturae rationalis sursum raptam, deorsum altera precipitata est; & iustitia utramque prosequente, cum nihil esset quod utriusque ponderis impulsu auferret aut minuere, ubi voluntas uniuscuiusque cecidit, ibi mansit. Sic aliud duplex libertatis genus, vel duplex status potius exortus est, vnus in quo quemadmodum Deus, creatura Deo simillima & eiusdem boni amore stabilita, iam nihil mali amplius velle potest; alter in quo creatura Deo dissimillima & boni sui amore spoliata, nihil boni. Nam cum concupiscentia peccati, sibi velut victo, & in seruitutem eius additio dominante, se liberare non possit, non potest etiam ad illud aequilibrium per se redire, nisi gratia liberauerit. Nec tamen idcirco arbitrium liberum esse desinit. Non enim in eo libertas arbitrii sita est, ut utrumque genus actuum bonorum malorumque possit aequaliter, sed ut in quocumque actus potestatem habeat, siue in bonos siue in malos, in illos liberè feratur voluntate. Cum enim hoc liberum sit, quod est in potestate voluntatis, actus illi alterius partis, quorum potestate caret, non sunt amplius in ipsius potestate, ideoque nec in ipsius libera voluntate, proinde nec liberi: sed respectu oppositi generis arbitrium est liberrimum, eoque liberius, siue vera, siue serui libertate, quo minus ab illis alterius partis amore retrahitur & impeditur, sicut hoc in ipso libertatis archetipo creatore omnium, in beatisque creaturis eius, Augustino sapius teste, & omnibus Theologis consentientibus perspicuum est.

Ex quo profectò consequenter liquet, quod illa

illa

illi maior quasi latitudo libertatis respectu tam boni quam mali, quæ in illo primæ uo hominum & Angelorum statu apparuit, non ex natura, multo minus ex perfectione liberæ voluntatis fluxerit, sed potius ex ejus naturali & concreata imperfectione, qua ex perfectione vera libertatis sua voluntate excidere potest, nisi Deus impediatur unde fieri non potest, ut ista latitudo actuum liberæ voluntatis, sit natura vel perfectio libertatis, sicut fieri non potest, ut potestas claudicandi sit natura vel perfectio potestatis progressiue, vel potestas errandi intelligentiæ, vel mortalitas hominis, vel ærotabilitas carnis. Nullius enim naturæ perfectio in eo sita est, quod possit in agendo vel essendo deficere, sic videlicet, ut si Creatoris beneficio impediatur, perfectio naturæ vel natura ipsa destruat. Poterat igitur Deus talem humanam & angelicam instituere naturam, ut solus eam delectaret Deus, ejusque voluntati sine ullo non solum impedimento tentationis, sed etiam possibilitate defectionis obtemperaret, sicut nunc pars ejus quædam in cælis immobiliter & indeficienter obtemperat. Non enim ideo liberum arbitrium non habet, quia peccata eos delectare non possunt.

Lib. 22. de
Cinis. c. ult.

Magis quippe esset liberum, à delectatione peccandi usque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberatum. Nam Deum ab initio creaturæ suæ, conferre non potuisse sine præiudicio libertatis, quod ei postea sine præiudicio libertatis contulit, ut ei amoris perfectione simillima,

nec ipsa posset sua libertate deficere, hoc est, bonam liberamque voluntatem amittere, per absurdum est. Quapropter neque natura liberi arbitrii, neque perfectio libertatis, imo neque status viatoris fuisse violatus, si talem Deus hominem angelumve condidisset, ut cælestis delectationis magnitudine & firmitate liberum eorum arbitrium non posset creaturam Creatori diligendo præponere. Hoc enim extra dubium in Christo Domino sine detrimento libertatis ejus, sine interitu status viatoris, & quod est mirabilius, una cum ipsa beatifica visione & amore cõigit; & in sanctissima ejus Matre eo facilius, quo inferiore gradu & alio ex capite contingere potuit. Nimirum ut etiam illa sublata concupiscentia, gratiæque magnitudine voluntatem ejus inseparabiliter confirmante, etiam sine beatifica visione peccare non posset. Quod iuxta Augustini principia probare non est difficile, sed non est huius loci. Non ergo natura vel perfectio libertatis, sed connaturalis ordo rerum, quæ ab imperfectis ad perfectiora progrediendum esse præscribat indifferentem illum libertatis gradum ad bonum & malum postulavit: *Seruarii gradus erant*, inquit Augustinus, *divini muneris, ut primum daretur liberum arbitrium, quo non peccare posset homo, sicut & peccare. Notissimum quo peccare non posset, atque illud ad comparandum meritum hoc ad recipiendum præmium pertinere.*

CAPVT XI.

Error Pelagianus est, requiri ad libertatem, indifferentiam ad bonum & malum: sed potest esse libertas, destructa ad malum.

Quamobrem perperam de liberi arbitrii natura philosophantur, qui hominem vel angelum non liberi arbitrii futurum esse suspicantur, si non æqualiter eorum voluntas flecti potuisset aut etiamnum posset in bonum & malum. Error iste à Pelagianis patronis ejus fidelissimis originem ducit. Principium enim apud ipsos primo verum & indubitatum fuit, non esse liberum cui non in utramque contrariorum, bonum videlicet & malum, par potestas est. Quod fusè à nobis in illo opere quo Pelagianis erroris dogmata lustravimus eorumque sensum explicuimus, demonstratum est. Hic vnus aut alter Iuliani locus sit instar omnium: rem enim ibi fecimus exploratissimam. Sic ergo definit ipse libertatem arbitrii: *Libertas arbitrii in admittendi peccati & abstinendi à peccato, possibilitate consistit.* Ex qua regula, necessitatem omnem sive boni sive mali penitus excludendo, statim colligit: *Si ergo est, ut ratio prodidit, arbitrii libertas propulsatrix necessitatum, ut nemo*

Vide lib. 2.
de heresi
Pelag. c. 1.
& sequenti.

Lib. 1. operis
imperf. f.
118.

f. 122.

sit vel bonus vel malus, cui non sit liberum esse contrarium &c. Et insultans fundatissima doctrinæ Augustini, qua in libris ad Bonifacium dixerat, voluntatem quæ libera est in malis, liberam non esse in bonis: *Non minore plane stultitia professione, inquit, quam profanitate liberum vocas, quod dicit nisi vnum velle, non posse, hoc est, vel solum bonum vel solum malum.*

Doctrinam istam hauserat ex Pelagio præceptore suo & istius erroris fonte Iulianus. Nam Pelagius in fidei suæ libello, quem ad Pontificem Innocentium sui purgandi causa destinaverat, his verbis sententiam suam de ista in utramque partem pari potestate comprehendit: *Nos vero dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, ut semper vos liberi confiteamur esse arbitrii. Quo nihil aliud significat, quam id quod clarius discipulus eius pro palavit, non esse liberi arbitrii hominem, nisi semper & peccare possit & non peccare. Sententia ista sub Hieronymi nomine citari subinde solet, & in opusculo quod inscribitur:*

Symboli

Tomo 4. ope
rum hie
150ym

Symboli explanatio ad Damasum continetur. Sed reuera est Pelagij. Nam multas lacinias ex eo citat Augustinus libro de gratia Christi, quæ verbotenus in eo comprehensas videre licet, quæ de re plura diximus alio in loco.

Lib. 1. ad
Paul. c. 3.

Sententiam istam velut fortissimam & erroris Pelagiani nidum saepe & acerrimè refutauit Augustinus, & asseueranter docet ad libertatem arbitrij, non esse necessariam illam ad utrumque contrariorum, bonum videlicet atque malum indifferentiam; sed totam eius naturam in alterutro oppositorum duntaxat, siue in bono, siue in malo, subiecta alterius oppositi potestate, posse saluari. Nam in libris ad Bonifacium, ac illis loquens qui ab omni liberationis gratia submoti, sub peccato capti sine fide detinentur: *Hæc, ait, voluntas quæ libera est in malis, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est, quia libera non est.* Quibus verbis perspicuè libertatem respectu solius mali asserentibus, cum Iulianus illam indifferentiam boni & mali negatam cerneret, ideoque stultitiæ professionem & profanitatem ascripsisset Augustino, qui liberum diceret, quod nisi vnum velle non posset, responderet ei sanctissimus Doctor, quasi rem Iulianus peraburdam protulisset, *Liberum non est nisi quod duo potest velle, id est bonum & malum? Liber Deus non est, qui malum non potest velle de quo etiam ipse dixisti, Deus esse nisi iustus non potest. Siccine Deum laudas, vt ei auferas libertatem? An potius intelligere debes esse quandam beatam necessitatem, quæ Deus iniustus non potest esse?* In qua sententia exemplum quod de Deo profert Augustinus, apud omnes etiam recentiores Theologos indubitatum est; sed eo scopo ab Augustino producitur, vt probet simili modo, liberam esse posse voluntatem in malis, ut ante dixerat, quæ non est libera in bonis, fallumque esse quod illi sententiæ Iulianus opposuerat, liberum non esse, nisi quod duo potest velle, bonum & malum. Et cum Iulianus iterum istam indifferentem libertatem ad utrumque contrariorum postulasset negassetque eam cum potestate ad unum tantum posse consistere, eandem solutionem ei reponit Augustinus: *Ergo nec in Deo est arbitrij libertas, quia malum facere non potest, sicut negare seipsum non potest: qui & nobis summo illo premio largiturus est; vt non quidem ipsi Deo, sed tamen angelis eius æquales, nec nos peccare possimus.* Sed Iulianus, cum inuictam ratiocinationem suam arbitraretur, ei tertio idem impingit confidentius, & apertam ei contradictionis absurditatem imputat, ut qui iustificaret dogmata sua promittens se liberum arbitrium non negare, quod ante mali (solius) postea boni (solius) necessitate subverteret. Sed respondet ei tertio Augustinus, necessitatem vnius contrariorum non repugnare libertati; *Dicitur enim ut video Deum necessitate premi, ut peccare non possit, qui utique nec potest velle nec vult posse peccare. Quæ beatissimâ necessitate & nos donandos esse profitetur.*

Lib. 1. ope
ei imperf.
fol. 150.

fol. 153.

fol. 154.

libertatem arbitrij etiam in sola ad malum potestate & libertate incolumem esse posse, & Iulianus eandem argumenti istius molem contra libertatem solius mali volueret & reuolueret, tandem perspicuis verbis errorem eius notat & comprimit: *Mulum erras qui vel necessitatem nullam putas esse peccandi, vel eam non intelligis, illius peccati esse penam quod nulla necessitate commissum est.* Quod inductione variorum exemplorum probat. Et aliquanto inferius, cum retorsisset in eum Iulianus, quod voluntas peccatoris potuerit tam bonum velle quam malum vult, totumque figmentum necessitatis, quam sanctus Doctor asseruerat, evanuisse: exemplis tum errare docet Augustinus, magnaque veritatis fiducia doctrinæque Catholice securitate concludit: *Non est igitur impunitatis securitas in necessitate peccandi; sed ut non obis ista necessitas, donat ille cui dicitur, de necessitate liber meus erue me.* Ex quo sanè acerrimo conflictu, Catholicissimi pugilis cum Iuliano Pelagiani erroris architecto, manifestissimum euacuat, necessitatem siue solius boni, qualis in Deo, angelis & hominibus beatis lucet, siue solius mali, qualis in hominibus, quos damnatio omnis gratiæ exortes fecit, reliqua est, nihil omnino repugnare libertati, sed reipla tam perspicuè esse conuictam, ut errorem eius opinionem vocet. Nec tibi propriè de libertate ad bonum, quamvis illius nonnulla exempla protulerit, sed præcipuè de libertate & potestate solius mali, certamen vertitur; altero velut stultam profanamque sententiam impugnante qua dictum erat, voluntatem esse liberam in malis, quæ non esset libera in bonis; altero velut sanissimam Catholicamque doctrinam omni Scripturarum & rationum apparatu defendente.

fol. 155.

Lib. 1. ope
imperf.
fol. 159.

Sed nullibi res ista illustris patet, quam in daemonibus, qui amisâ irreparabiliter bene volendi & bene faciendi potestate solius mali potestati & libertatem habent. Sunt enim perfectissimè liberi à iustitia seruique peccati; nec ab illa peccati seruitute in æternum à Deo liberandi sunt, nec à seipsis liberari possunt. Amiserunt itaque penitus libertatem ad bonum, retentâ tamen perfectissimè libertate ad malum, iuxta regulam generalem aduersus Pelagianos: de arbitrij libertate ad malum latam: *Nec liberum in bono erit (arbitrium) quod liberator non liberauerit: sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem malitia vel occulius vel manifestus deceptor inservit, vel sibi ipse persuasit.* Et rursum: *Liberum arbitrium usque adeo in peccatore non perijt, ut per illud peccare maxime omnes qui cum delectatione peccant & amore peccati hoc eis placet, quod est liber.* Ac tertio de peccatoribus qui mentis vtuntur arbitrio: *In peccato sua voluntate retinentur, & à peccato in peccatum sua voluntate præcipitantur. Non enim agit in eis etiam qui suadet & decipit, nisi vt peccatum voluntate committant, vel ignorantia veritatis, vel delectatione iniquitatis, vel utroque malo, & cæcitate & infirmitate.* Denique genera-

Lib. 1. ad
Ebn. c. 3.

lissimè: Hac voluntas qua libera est in malis, quae delectatur malis, ideo libera in bonis non est, quia libera non est. Quae quantumvis omnia de hominibus sub peccati dominantis potestate captivis dicta sint, eadem tamen profus, imò longè maiori ratione in spiritibus reprobis perfectissimè locum habent. Nam voluntas eorum maximè delectatur malis, maxima cum delectatione peccat, maximè hoc ei amore peccati placet, quod ei lubet, omniumque minimè per liberatorem à peccato liberati sunt, à quo seipsi eò minus suâ possunt potestate liberare, quò stabiliori damnationis & obdurationis obstricti sunt.

Ex cuius doctrina regulis, quas de libertate arbitrij ad peccandum generaliter Augustinus tradidit, etiam speciatim sententiam de daemonum libertate pronuntiat. Nam utrumque caput bicornis illius libertatis, sive retenta, sive perditæ in ejus libris æquè perspicuum est, dum & peccandi libertatem spiritibus damnatis tribuit, & benefaciendi negat. Nam de libertate bene volendi & benefaciendi Satanas sic loquitur in epistola ad Vitalem: *Regens eos infideles ad arbitrium suum, quod nec ipse habet liberum ad benefaciendum, sed ad maximam malevolentiam pena in scelus obdurationem: Unde nemo sanæ fidei credit aut dicit hos Apostolus angelos ad pristinam pietatem cretæ a aliquando pietate converti? De libertate verò peccandi nemo sanæ mentis inficiari posset, eam in demonibus vigere potentissimam. Quis enim nisi oculos apertissima veritati clausit, non videat blasphemias illas in Deum horribiles gravissima sceleratæ mentis esse facinoræ? Nec enim quicquam ratio peccati continet, quod non maximè in eorum facta quadret, quæ contra legem æternam scientes, videntes, lubentesque dicunt, faciunt, concupiscunt. Hinc Augustinus tripartitam illam libertatem creaturæ rationalis, quam supra declaravimus, ad bonum tantum, ad malum tantum, & ad utrumque breviter exprimens: Si nulla causa esset non ita dissiparetur creatura rationalis, ut alia nunquam peccet, in angelis bonis, alia in peccando perseveret, in angelis malis, alia quasi media inter utramque, aliquando peccet, aliquando ad rectè faciendum convertatur, in hominibus viatoribus. Et statim iterum: *Quæ causa in has tres partes eam distribuit? Sed nolo mihi respondetur, voluntas, id est liberum arbitrium, de quo erat disputatio. Ego enim causam quærò ipsius voluntatis. Non enim sine causa nunquam vult illa peccare, nunquam ista non vult, cum eiusdem generis omnes sint. Vbi evidenter dicit, reprobos illos spiritus nunquam non velle peccare, hoc est, semper velle peccare. Eandem trimembrem libertatis partitionem etiam in superioribus tetigit, dum de angelica beata creatura dixit, quod in perpetuum fruatur creatore suo, quem perpetua tenenda iustitia voluntate promeretur: de damnata, quod eam perpetua peccandi voluptas tenet; quod eam præsciuit Deus non solum peccaturam, sed etiam in peccandis voluntate mansuram. Et tamen etiã talem crea-**

Epist. 107.

Lib. 3. de libero arbit. cap. 17.

Lib. 3. de lib. arb. c. 5.

aturam qua libera voluntate peccat, excellentiorem esse, quam quæ propterea non peccat, quia non habet liberam voluntatem, licet aberrat equus, lapide non errante melior est. Inter utramque verò mediū ponit hominem, creaturam videlicet ita peccatricem, ut possit altitudinem suam peccitenti humilitate recipere.

Ex illa igitur libera voluntatis intelligentiã, quæ arbitrij Augustinus esse scit ac docet liberum, quantumvis siue in bono siue etiam in malo, ita firmatum sit, ut non sit amplius ad benefaciendum liberum, sed ad maximam malevolentiam penã sceleris obduratum, passim gravissimorum certissimorumque peccatorum auctores damones facit. Invidiã quidem frequentissimè: *Primum peccatum est quædam in bonam creaturam creatori in dilectione præponere: secundum autem, alteri in quòque ut id faciat vel suadendo vel cogendo tentare.* Vbi utrumque peccatum demonum digito ostendit, & quo cecidit, & quo damnatus hominem in peccatum lapsi fecit. De postremo genere, quod jam maximè in demonibus locum habet, statim attextit: *voluntate peccant, qui alios ad peccatum perducere cupiunt, vel stultiã benevolentiam vel malitiosã invidiã.* Et cum invidentiam ex immoderato honoris amore pullulare docuisset, dum ne in eo superetur, cupit aliquos ad iniquitatis voraginem ex æquitatis arce deponi: *Hoc modo, inquit, diaboli suadere aut cogere ad peccata conatur. Et mox vberius declarans utroque modo & suadendo, quod diabolus facit, & ei consentiendo peccari: Ego, inquit, ambas (creaturas) bonas esse assero, sed unam earum malefacere suadendo, aliam malefacere consentiendo. Sed quomodo an forte malefaciet absque peccato? nequaquam, sed sic ut illa si non suadeat emendatio futura sit. Etsi enim his illa peccat, quæ & committit & suadet, illa autem semel si tantummodo ad malefaciendum consentiat, tamen peccati sunt mala, non naturæ sunt mala. Quod ibidem latius prosequitur. Hoc invidentiæ peccatū sapissimè Augustinus in demonibus ponit: *Santus invider diabolus honorem celestem, unde ipse deiectus est. Mæatus enim ipse alios mutare molitur: nimirum iuxta illud Scripturæ: Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum: Ex quo fit ut quemadmodum sanctissimus Antistes dicit, errore delectentur & quodammodo passantur humano. Neminem autem eò usque inceptis progressurum puto, ut invidiam fallendic; voluntatem, peccatum non esse arbitretur. Quapropter non veretur eis non tantum peccandi voluntatem, & vera peccata, sed etiam invidentiæ ceterorumque peccatorum quæ in mundo damnati perpetrant, supplicium attribuire; ut non modo peccatorum, sed & peccatorum luendarum rei sint. Illi principes contra quos habere vos colluctationem dicit Apostolus, penam peccatorum suorum priores spatiuntur quam nocent, nullus enim invidus ut alterum ladat, non sibi tormento est. Et in libro de naturâ boni: *Cum per potestatem quam diabolo dedit, omnia in se ipse Deus fecerit, non tamen pro his insitit facit, sed pro iniquâ nocendi voluntate quæ ipsius diaboli sunt, ei reddetur***

Lib. contra Sec. 1. c. 17.

lib. 1. c. 17.

1. Invid. Sap. 2.

Epist. 49. c. 1.

reddent in fine supplicium. Sed quid multis? Ipse Dominus Iesus aperitissime diabolum post primum peccatum & homicidam facit, *1. 8. e homicida eius ab initio, & mendacem, Mendax est & pater eius; nec homicidium verum, nec mendacium esse peccata, vel peccata non esse habere voluntatis; nec ipsi quidem homicida aut mendaces in ter furores dixerunt. Unde Scripturis & Augustino succincentes veteres, non solum diabolo vera peccata tribuunt, sed etiam aperitissimis verbis liberum arbitrii in respectu solius mali; consuetudo est beatorum Angelorum respectu solius boni. Quia de re sanctus Bernardus: Sicut caelestis Angelus, aut etiam Deus ipse permanet libere bonus, propria videlicet voluntate, non aliqua extrinseca necessitate; sic profecto diabolus a quo libere in malum & corrumpit & persistit, suo utique voluntario nutu, non alieno impulsu. An forte est etiam demon liber in bono, & non captivus in malo? Manet ergo libertas voluntarij, ubi etiam sit captivitas mentis, tam plena quidem in uno quam in altero, sed in bono ordinator. Et iterum evidentius: Nec Deus caret libero arbitrio, nec diabolus, quoniam quod ille esse non potest malus, non infirma facit necessitas, sed propria in bono voluntas, & voluntaria iustitia; quod tunc non valet in bonum respirare, non aliena facit violenta oppressio, sed sua ipsius in malo voluntas, ac voluntaria obsequio. Et post Bernardum Magister Sententiarum: Mali (Angeles) per malitiam adeo sunt obdurati, quod bonam voluntatem habere, sive velle non valent, nisi bonum sit quod aliquando vult. Vult enim aliquando fieri quod Deus vult fieri, & utique illud bonum est & iustum fieri, nec tamen bona voluntate illud volunt. Et statim adiecit utroque & bonos & malos angelos habere liberum arbitrium, et si illi in bono confirmati sunt, hi in malis obdurati; quia non aliqua cogente necessitate, sed propria ac spontanea voluntate, illi bonum eligunt & malum reprobant, hi vero non vultant & malum sequuntur. Ut pote qui habeant liberam arbitrium, sed depressam atque corruptam, quo surgere ad bonum non valent. Quam doctrinam Augustini, Bernardi & Magistri Scholastici & Commentatores veteres communiter secuti sunt. Nam Bonaventura dicit non obstante obduratione demones libere velle quod volunt. Item que quod continue peccat etiam in timore quo penam timet, & in amore quo ut conservatorem diligit Deum. Divus Thomas: Demones quamvis diversa eligant per liberum arbitrium, in omnibus tamen peccant, quia in omni eorum electione permanet vis prima electionis ipsorum. Quibus ad illa usque tempora nemo videtur contradixisse.*

Nec sane ulla ratio recentioribus esse potest, cur etiam ex proprijs eorum principijs de etiam istam ponderando, de falsitate suspectam esse putent. Quia si enim ad libertatem beatorum atque ipsius Dei satis esse credunt

se docent, ut quamvis peccare non possint, eligant tamen libere, hoc est, indifferenter hoc vel illud bonum. Sed hoc libertatis patrocinium plenissime, planissimeque in damnatis spiritibus locum habet. Nam & ipsi quamvis voluntatem immobilem in malo, per versaque sui dilectione possideant; indifferenter tamen eligere possunt hoc vel illud malum, ad hoc vel illud peccatum homines impellere, hoc vel isto blasphemia convitio divinitatem incensere. Quod si ad libertatem sufficit, certissimum est & planissimum, liberum arbitrium in demonibus cum illa perpetua & generali, seu in confuso, peccandi necessitate coherere; & proinde verissimam esse doctrinam sancti Augustini, qua constantissime semper docet, voluntatem quae libera in malo est quae delectatur malo, non esse liberam in bonis, quia liberata non est; juxta doctrinam Apostolicam quam Augustinus illis veritas explicuit: Cum servi essetis peccati, liberi facti iustitia; tunc autem liberati a peccato servi autem facti Deo &c. Nam ex illis verbis & alijs Christi Domini Joannis octavo, quae saepius a nobis allegata sunt, fluxit illa divisio libertatis apud Augustinum celebris, in libertatem a peccato, quae est libertas ad bonum, & libertatem a iustitia, quae est libertas ad malum. Et illud Catholicum ejusdem Doctoris pronuntiatum: Semper est autem in vobis voluntas libera, sed non semper est bona. Aut enim a iustitia libera est, quando servus peccato, & tunc est mala, aut a peccato libera est, quando servus iustitia, & tunc est bona. Et illud in Enchiridio: Ad peccandum liber est, qui peccati servus est. Unde ad iustitiam faciendum liber non erit, nisi a peccato liberatus esse ceperit iustitia servus. Unde obduratissimis peccatoribus liberam planissime voluntatem tribuens dicit: Facile est ut infirmitatem accusentis iudeorum de libera voluntate credere noluerunt.

Hac de libertate tantum ad malum paulo fusius ex Augustini mente pertractanda fuerunt, propter miras quorundam recentiorum opiniones & veteribus inauditas, quibus res planissimas trices implicant, ut in hominibus qui peccato subjugati serviunt, multoque magis in demonibus, vel arbitrij libertatem, vel peccandi potestatem negent, vel ita fateantur, ut vel gratiam sufficientem in ijs velut necessariam postulent, vel boni moralis agendi potestatem. Factus isti sunt non Ecclesiasticae traditionis, sed humanae vel potius vanae speculationis. Quae si ad normam doctrinae veteris, & praecipue principis omnium Theologorum, & in hac materia ducis ac praepitoris gentium Augustini, expenderimus, invenientur esse paradoxa quibus nec a Stoicis paria excogitata sunt. De quibus postremis jam fuit alibi dicendi locus.

1. 8.

Enchirid. de lib. arbitrii.

1. 2. 2. 7.

1. 2. 2. 7. 1. 2. 1. 4. 1. 4. 1. 4. 1. 4. 1. 4.

Lib. de grad. de lib. arbitrii. cap. 15.

Enchirid. cap. 30.

Lib. de dono perf. 7.



CAPVT XII.

Libertas arbitrij quo sensu tribuenda, & neganda peccatoribus.

Sed quamvis Augustinus crebro libertatem arbitrij malos habere, & arbitrium ad peccandum liberum esse fateatur, ac definitiones quas de libertate tradidit, hoc ipsum sine ulla dubitatione conuincant, non raro tamen idem Augustinus nullam omnino libertatem arbitrij, nisi in boni dilectione, atque in operibus bonis ex ea profluentibus, videtur agnoscere: *Ad male agendum habes sine adiutorio Dei liberam voluntatem. Quamquam non est illa libera. A quo enim quis deus est, huic & seruus additus est. Et omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Et si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.* Et in libro de Spiritu & littera: *Nec attendunt in ipso nomine liberi arbitrij libertatem sonare. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deus est, huic & seruus additus est. Quali dicat, ubi non est Spiritus Domini, non est libertas arbitrij, sed seruitus. Ex qua vena fluunt innumera ejus testimonia quibus soli diuinae gratiae, charitati ac dilectioni iustitiae tribuit libertatem voluntatis; ut, eae qua tanto se liberior, quanto diuinae gratiae misericordiaeque subiectior: quemadmodum fufe supra declarauimus.*

Serm. 13. de verb. Apost.

Lib. de Spir. & lit. c. 30.

Epist. 89.

Lib. de C. & S. c. 10. & lib. de lib. arbit. cap. 3. & ad Rom. Ma. ubi bene se- ptu.

Ex his atque huiusmodi Augustini locis quosdam Scriptores collegisse video, nullam ex Augustini mente esse arbitrij libertatem, nisi per quam adhereretur Deo. Quam sententiam suam quomodo tueantur, ipsi viderint. Hoc tamen exploratissimum est, doctrinae Augustini directae & ex pluribus capitibus esse contrarium. Quod ex ijs quae toto hoc discursu de libero arbitrio tam prolixè diximus ita manifestum est, ut superfluum sit ijs qui tantillum ingenio pollent, repetendo velle declarare. Nam ut nihil dicam de tot testimonijs, in quibus expressis verbis libertatem arbitrij veri nominis peccatoribus tribuit, Et illud indifferenter se posse huc illuc flectere ad bonum & malum; de quibus infra adhuc dicendum erit, ipsa ratio liberi, quam tanto molimine Augustinus tradit, hoc conuincit inuisissimè. Liberum enim vocat quod est in nostra potestate: & in nostra potestate id quod facimus quando volumus: quod in peccatis citra omnem tergiversationem perspicue verum esse, nemo Catholicus diffiteri potest. Ex quorum definitionum veritate ex professo Augustinus docet, & manifestum esse docet, & aduersus Philosophos constantissime defendit, voluntates nostras non solum quibus recte, sed etiam quibus perperam viuunt non esse sub necessitate positas, sed liberas, & à libero arbitrio proficisci. Qua de re supra satis multa generatim disputata sunt.

Sed hoc est quod viros eruditos videtur

A sefellisse, quod liberum in Augustini doctrina subinde magis actum respicit, qui libere fieri dicitur, quasi terminus ad quem libertatis; subinde vero solum vel maximè terminum à quo arbitrium dicitur liberum. Respectu actus liberi, tam est arbitrium liberum respectu actus mali, cum illum delectabiliter facit, quam boni; & utrisque univocè, ut cum Philosophis loquar, & nomen & ratio libertatis conuenit. Vterque enim & bonus & malus, est in potestate voluntatis, eumque facit cum vult, & quidem magis malum quam bonum, quando quidem ad malum agendum liberam habeat voluntatem etiam sine adiutorio Dei: Ad bonum autem non nisi diuinitus liberetur & adiuuetur. Nec enim aliud est liberum Augustino, prout nude actum respicit, quatenus à potentia voluntatis fiat, quam id quod ita est in nostra potestate, ut illud faciamus quando volumus.

B Sed voluntas quibusdam impedimentis volendi obnoxia esse potest, quibus velut vinculis & conpedibus potestas ejus quocumque modo ligetur, ut in actum bonum exire, hoc est, velle, vel id quod iam vult implere non possit. Vnde à vinculis illis per quae diabolus captivum arbitrium tenet, tanquam termino à quo, expediri debet, ut velit, aut ut impieat id quod vult. Hinc ergo fit, ut libertas quatenus immunitatem ab istis, volendi impedimentis & quasi vinculis sonat respectum quendam quasi ad terminum à quo arbitrium liberetur connotet, sicut initio tractatus huius declaratum est. Quod quoad non fit, manet arbitrium seruum, captivum & alterius dominationi subiectum, quae ratione respectus illius repugnant arbitrio. Quo enim magis ab illa captivitate & seruitute, & consequenter ab alterius dominatione liberatur, eo fit magis magisque liberum, usque adeo ut cum in eam incidere non potest amplius, tunc sit libertimum. Hoc volendi impedimentum Apostolus peccatum vocat, hoc Augustinus vero interpretes Apostoli concupiscentiam; quae non est aliud quam desiderium fruendi quacumque creatura. Liberatio igitur à dominatione peccati seu concupiscentiae, hoc est, ab amore cuiuscumque creaturae, arbitrium vere liberum facit: quia cuius amore voluntas devincta, eadem & serua detinetur. Ex quo fit ut voluntas ab isto amore creaturarum tanquam delectabili visco, quo sub ea veluti dominante captiva tenebatur, expedita, non solum libera à creaturis fiat, sed etiam earum sub Deo, hoc est, sub aeterna veritate domina, ut eis non fruendo subijciatur, sed utendo superferatur, non uti libitum est, sed sicut aeternae veritati seu Deo placitum fuerit: Non enim vera libertas ab iplo veniens praescripto libera esse debet.

Hae

Hæc breuiter indicauit Augustinus in libro de vera Religione: *Quem delectat libertas, ab amore mirabilium rerum liber esse appetat: ecce libertatem terminum à quo: Et quem regnare, id est, Dominum esse delectat, uni omnium regnatori Deo subditus habeat plus eum diligendo quam seipsum; & consequenter quam aliam quamcumque creaturam.* En terminum ad quem qui excusso seruitutis earum iugo sequitur. Vnde paulo ante dixerat: *Rationalis anima si Creatori suo seruiat, à quo facta est; per quem facta est; & ad quem facta est, cuncta ei cetera seruiunt. Et ratiolum: Quem si subditus (homo) imitaretur, per eum haberet subdita cetera.* Non enim à creaturam & sui ipsius iugo expedita; sine omni dominio, sicut nec sine omni amore esse debet. Nam sicut amor temporalium sine amore rerum æternarum ex animo pelli nequit, ita nec iugum creaturæ sine iugo Dei: *Solve te hinc,* inquit Augustinus, *sed alliga tibi, periculosum est tibi in his tentationibus sine vinculo remanere.* Et alibi: *Captiui ergo (à Deo) quia capti & capti quia subigat, sub leue illud iugum misit; liberari à peccato, cuius serui erant, & subditus (id est Dei) serui facti, cuius liberi erant.* Et quia creatura rationali naturaliter ita instituta est, ut non debeat seruire creaturæ, sed Creatori, tanquam naturali & vero Domino suo, hinc fit quod illa seruitus, quod arctior eò liberior sit: *Filius est ancille,* inquit Augustinus, *secundum quod omnis creatura subdita Creatori est, & verissimo Domino verissimum debet famulatum, quem cum exhibet libertatem, hanc accipiens à Domino gratiam ut ei non necessitate, sed voluntate deserviat.* Ergo isto sensu est *terrisalem caelestis, que sursum est maior omnium nostrum libera.* Et libera quidem à peccato, sed ancilla iustitia. Si libera, seruitutem illam exhibendò, ergo quod arctior ista seruitus, eò liberior, quia vi charitatis à peccato libertatis liberatione. Eò quippe longius animus à peccato seu concupiscentia dominante recedit & consequenter à creaturis liberior fit, eis ad nutum sub Deo stare nante dominatur. Nam huiusmodi augmentum libertatis & diminutio seruitutis, ut supra latius exposuimus, semper respectum ad peccatum seu concupiscentiam rerum creaturarum velut terminum à quo liberamur, involuit.

Porro sicut umbra corpus, & vitium virtutem, & peccatum virtutis actum imitatur, ita & libertas à iustitia seu Deo, libertatem à peccato. Nam & illa præter actum positivum quem respicit quatenus eum in potestate habet, etiam connotat respectum à iustitia tanquam terminum à quo liberum sit arbitrium ne impediatur actum ejus; veruntamen illa non est vera liberatio, sed captivitas, tyrannis & seruitus sub amore creaturæ, quo fit dissimilis Creatori. Libertas enim cum termino à quo comparata, immunitatem significat, non à quolibet, sed à malo, à tyrannide veraque seruitute rationalis creaturæ, cui dominium quoddam potentissimum supra blanditias timoreque creaturarum adjunctum est. Quare de re placere sanctus Dionysius naturam dominationum caelestium explicans: *Sanctum*

dominationum nomen declarare arbitror excitationem: De caelestibus quandoque ad supera, à seruitute. omnique terrestri huiusmodi. Submissione liberam qua nulli tyrannice dissimilitudini nullo prorsus modo seipsum nisi libero dignum est, subiecit, ut que dominatio sit nullis blanditijs cedens: omnemque seruitutem dominationis esse quietem superat, & omni submissioni pertinaciter obstitit, & ab omni dissimilitudine exempta est, & vera dominationis ac dominantis principatus semper cupiditate tenetur. Et ad veram ratamque illius similitudinem tum se, tum ea, qua ipsi loquuntur, quantum licet probe fingit ac format; & ad nihil eorum que temere videntur & approbantur, sed ad id quod proprio est conversa est, & semper divina similitudine dominationis auctore, quantum potest participat. Describit enim veram libertatem sub earatione qua terminum à quo, creaturæ blanditias, & amorem veluti veram à Deo dissimilitudinem, & seruitutem diminutionis effectricem respicit ac respuit. Vnde & Augustinus alibi dicit, se fuisse longè à Deo in regione dissimilitudinis: & iniquos aptos esse creaturis inferioribus, quanto dissimilioris sunt tibi: aptos à superioribus, quanto similiores sunt tibi. Ab illo malo tyrannice dissimilitudinis, seruitutis, terrenæ submissiois, carnalis concupiscentiæ, & uno verbo peccati, ut Apostolus loquitur, libertas eximit. Ex qua nobili & anonomastica libertatis significatione fit ut etiam vulgo trāstata significatione, sicut Augustinus dicit, *Quicumque liberatur, intelligatur periculum evadere, molestijs carere.* Sicut ergo corruptio rei positivæ destructionem sonat, Naest enim corruptio & nisi bonum minueres non noceret; abusive vero privationis aut negationis (non enim ignorantiam, sed scientiam corrumpi dicimus) ita libertas respectu terminum à quo proprie libertatem à seruitute naturæ rationalis inimicæ sonat, non à seruitute veri Domini. Quod & in libertate civili pari modo locum habet. Nemo enim servus dicitur, qui vero Domino suo in patria sua amore servit; quo enim arctius ei servit & liberalius, eo libertior est; sed qui tyranno, à quo in seruitutem abruptus est subigatur & servit.

Hinc igitur patet ratio, cur liberum arbitrium, quatenus nudè actum respicit quem habeat in sua potestate ut eum faciat si velit, verè & proprie liberum ex Augustini definitione, dici debeat, & verè sit; & tamen passim in omnibus scriptis suis Augustinus ita de libertate loquatur, quasi arbitrium peccatorum nulla ratione sit liberum. Tunc enim libertatem, non ad actum, sed ad terminum à quo comparat; qua ratione arbitrium concupiscentijs carnalibus subigatum, non tam liberum quam servum, verè videlicet, tyrannicæ & inimicæ naturæ rationali seruitute, dicendum est: & non nisi umbraticæ quadam verè libertatis effigie liberum quatenus etiam tunc à suavissimo salu permissioque iustitiæ iugo liberatur, ut eum quoddam delectatione quasi liberaliter peccato serviat: *Quisquis quæso potest, inquit, servus additici esse libertas, nisi quando eum peccare delectat; & liberaliter etiam servit*

El 2

qui

ill. ap. 41.

id. ap. 45.

ser. 10. in op. in 12. 16. 7.

in 12. 16. 7.

De caelestibus huiusmodi.

7. Confess. cap. 16.

Serm. 48. de verb. Domini. in 7. Conf. t. 12.

In Enchirid. cap. 30.

quo sui Domini voluntatem liberet facit. ac per hoc peccandum liber. qui peccati servus est.

Hinc igitur vere & adumbrata libertatis differentiam & imitationem, quæ ex termini a quo fit liberum, & delectationis per quam fit liberum, quadam deficiente similitudine petuntur, Augustinus ut exprimeret, illis nominibus in differenda vera libertate uti solet, quæ maximam eius prærogativam tenent. Nunc enim vocat eam veram libertatem, & arbitrium peccati esse, vere liberum: Ipsa est vera libertas propter recte facti libertatem. Et alibi rationem quam dedimus simul indicans, quia a malis expicit: Vera libertas nos ab angustia, & moris & diaboli dominatu (qui per peccati concupiscentiam arbitrio dominatur) liberat facit. Quam vocem veræ libertatis sexcenties inscriptis eius frequentat, ex Christi Domini verbis hausit: Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis. Nam ut sanctissimus Doctor ait, per gratiam Christi, arbitrium fit vere liberum dum a cordatum concupiscentiarum dominatione liberatur. Subinde veram & sanam libertatem nuncupat. Ipsa est vera & sana libertas, ut opus bonum facit non timore (scilicet rei temporalis quæ diligitur amittenda) sed amore.

Quandoque salutem libertatem: Nec ideo tamen potest captiva voluntas nisi Dei gratia respirare in salutem libertatem. Et rursum: Non aliud in te habetis arbitrium laudabiliter liberum, nisi quod fuerit Dei gratia liberatum. Alias summam libertatem: Deo uni summa libertate servitur. Aliquando hanc veram, sanam, salutem, laudabilem libertatem a peccati dominatis malo, absolute & antonomastice libertatem appellat: Voluntas humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem. Libertatem vero a iustitia quæ est libertas in malo; ne quidem libertatis nomine dignam censet: Libertas sine gratia non est libertas, sed contumacia. Et in alio loco: Nec attendens in ipso nomine liberi arbitrij atque libertatem sonare. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Si ergo servi sumus peccati, quid se iactant de libero arbitrio? Omnia ista elogia libertatis a peccato, & probra libertatis a iustitia; quam servilem libertatem appellare solet, sicut servitutem Dei liberam servitutem, respiciunt utramque libertatem pure & nude respectu termini a quo. In

qua consideratione libertas ad malum seu a iustitia, ita ferè a vera libertate arbitrij a peccato deficit, & eam fugitivam quadam similitudine; sicut vitia virtutem ipsumque Deum defectivam quadam & umbraticam specie emulantur. Nam & superbia veram virtutem, ac ipsius Dei celsitudinem imitatur, & stultitia innocentiam & simplicitatem, & ignavia quietem, & effusio liberalitatem eius: Perverse enim, inquit Augustinus, te imitantur omnes qui longe se a te faciunt. Sed hoc non offit, quo minus aliam ponderationem quæ nudum actum respicit, arbitrium etiam in malo sit vere liberum, ea libertate qua generatim bene vel perperam vivitur, quatenus actum sive bonum sive malum habet in sua potestate; sicut ille vitiorum defectus a virtutis perfectione quam affectat, nihil obstat quo minus virtus & vitium secundum qualitates ponderata, communem veri habitus rationem, itemque peccatum & actus bonus, veri actus liberi naturam induant. Quapropter Augustinamque considerationem simul jungens, præclarissime voluntatem & liberam respectu peccati vocat, quatenus actum peccati perpetrare potest si voluerit, & simul non liberam, quia peccati ancilla est: Agis quidem illo non adjuvante liber a voluntate, sed male. Ad hoc idonea est voluntas tua quæ vocatur libera, & male agendo fit damnabilis ancilla. Audis liberam ad agendum male, & tamen non liberam fieri, quia peccati ancillam. Et iterum clarius: Cum dico tibi sine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni dico. Nam ad malum agendum habes sine adiutorio Dei liberam voluntatem. Audis perspicue voluntatem liberam ad male agendum statui. Iam audi, qua ratione terminum a quo respiciendo non libera: Quamquam non est illa libera. A quo enim quis devotus est, hinc & servus additus est: & Omnis qui facit peccatum, servus est peccati; & Si vos filius liberaverit tunc vere liberi eritis. Hæc paulo uberius explicanda esse iudicavi; ne quis forte non satis expensam doctrinam sancti Augustini, ex ea colligi putet, nullam in peccatoribus esse veri nominis libertatem, a qua liberum arbitrium appellatum est: quamvis alio sensu phrasia ista sit in scriptis eius & antiquorum omnium, & Ecclesie Catholice precibus & monumentis, ipsisque sacris litteris frequentissima.

Epist. 7. de Civitate. 18

Epist. 3.

Epist. 90. qua in Civitate. Carthage. Th. Psalms. 67

Epist. 141. de Civitate. 3.

Epist. 6. de Civitate. 5.

Epist. de Civitate. 8.

Epist. 106. de Civitate. Spiritus. 30

Confess.

Serm. 13. de verb. Apoc. 11.

112.

114.

1. P. 3.

114. 3.

CAPUT XIII.

Quomodo se libertas arbitrij habeat ad libertatem seu indifferentiam contrarietatis, & contradictionis.

QVI de libertate, seu potius indifferentia contrarietatis dicendum sit, abunde ex dictis liquet. Ostendimus enim adesse & abesse posse sine ullo libertatis præiudicio. Affuit Angelis & Adamo in Innocentia statu perfectissime, nobis post peccatum imperfectius: Abest penitus ab inferis & superis illæsa in utrisque permittente arbitrij libertate, in illis ad malum

in his ad bonum. Indifferentia quippe ad utrumlibet; testimonium quidem libertatis est, quia sine liberi arbitrij usu neutrum exerceri potest, non tamen ad libertatem ullo modo necessaria. Oritur enim non ex natura, neque ex robore libertatis, sed ex infirmitate eius qua fit ut animus imbecille, solubiliter, & inconstanter dilectis rebus adhareat, ita ut ab una quam velut ultimum finem diligit; in alteram,

alteram, à bono in malum, à malo in bonum possit transire. Quod qui ad naturam vel notionem libertatis pertinere contendit, necesse est fateatur eandem imbecillitatem etiam ad naturam charitatis pertinere. Nam in Augustini ac discipulorum eius lucubrationibus ac documentis nulla est alia libertas ad bonum nisi charitas, quia illa est sanitas animæ rationalis, sicut ergo absurdum est, naturam vel perfectionem sanitatis in eo sitam esse ut sit labilis, & ab egritudine succedente violari possit, cum potius talis sit perfectissima, qualis erit beata nostra immortalitas, quæ non sinet nos amplius morti, vulnere, egritudinibus subjacere; ita pariter absurditas est, ad sanitatem adeoque libertatem charitatis, hujusmodi potestatem deficiendi ad malum potestatem. Quæ quidem omnia ex eis quæ supra disseruimus perspicue pateant.

De libertate contradictionis, hoc est, ad ad agendum & non agendum, paulo alia ratio est. Potest enim simplicissima esse charitas, & cupiditas quæ à rebus amatis, nullis blanditijs, terroribus, avelli & in oppositum flecti queant, quamvis non semper in actum dilectionis erumpant. Potest ergo putari quod indifferenter exercitur, hoc est, agendi & non agendi (sub qua comprehenditur etiam indifferenter eligendi hoc vel illud) ad libertatem necessaria sit. Quod ut plenius intelligatur, sciendum est quod sicut objectum voluntatis distinguitur in finem, & id quod est ad finem, ita & actus eius circa alterutrum occupantur. Finis est amor cum sua fractione: ejus quod est ad finem, usus. Qui ita differunt, ut amor in fine habeat, usus & quicquid cum utendi voluntate junctum est, à re circa quam occupatur in finem transeat, ut aptissime vocaverit Augustinus affectum amoris *mansoriam dilectionem*; usum *transitoriam*; quia non manet in re qua utitur, utentis affectus. Sicut enim propter finem homo conditus est, ita & propter amorem, quo fini jungitur: media propter ipsum hominem sunt, & ceteri affectus propter amorem velut omnium cardinem cui servantur. Maxime vero omnium servus est, usus seu voluntas utendi. Est enim affectus pure pureque ministerialis respectu amoris finis, veluti plenissimo jure dominantis eumque trahentis in scopum suum. Ex quo fit ut consilium, electio, usus, imperium & similes ministeriales actus voluntatis, necessario tam bonitatem quam alias conditiones suas, imo & ipsum suum esse ab illo dominante mutentur. Nam inde nascitur, quod hujusmodi affectus usuales tunc assumuntur, cum amor finis postulerit, tunc deponantur cum non postulaverit: uti enim velle, cum usum constituerit non esse necessarium, non est sapientis animi firmitas, sed re utenda frui volentis imbecillitas.

Ex isto igitur fonte proficiscitur, ut cum amor finis ultimi sive boni sive mali stabilis & immutabilis fuerit, impossibile sit, electionem, usum, & similes affectus, qui ab illo

amore imperantur, circa talia versari media quibus amor finis interimitur. Sic enim amor ipse finis quem stabilem supponimus, semetipsum interimeret, hoc imperando quod se interimat, quod etiam tum cum amor finis adhuc excidero potest, locum habet. Nam quamvis is qui Deo junctus est, eligere possit medium malum quo amor pereat, nonquam tamen electio ista ex illo ipso amore quem interficit, sed ex alio proficiscitur, vel ipse certe alius novus amor erit prioris inimicus. Ex quo facile intelligitur, eam libertatem arbitrij quæ circa res eligendas utendisque versatur, nullo modo postulare posse, ut ipsa electio ordinem finis egrediatur. Nam hoc ipso degenerat non solum à perfectione, sed à natura quoque electionis, sive ignorantè eligendo medium quod non est medium, sive scienter eligendo quod ei repugnare cernit, quod fieri non potest ex natura electionis, sed potius alterius novæ dilectionis, qua rem illam non jam ut pure medium, sed ut aliquid per se amabilem complementem intuetur. Ut propterea rectissime dixerit sanctus Thomas Augustino hincinendo: *Quod liberum arbitrium diversa eligere possit, servato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis eius: sed quod eligat aliquid avertendo ab ordine finis quod est peccare, hoc pertinet ad defectum libertatis.*

Ex eadem illa radice nascitur, ut medium assumptum totam suam necessitatem & indifferenciam ex eodem amore finis hauriat. Si enim medium, ut medium amoris finis videatur esse necessarium (ut cum non nisi unum superest) non potest prætermitti si repugnare, non potest assumi si pluribus vijs eodem perinde perveniri, quodlibet præ quolibet arripitur & non arripitur, & sic de ceteris electionis ususque conditionibus. Quæ consideratione dixit idem sanctus Thomas: *Quando ad finem non posset perveniri, nisi unam viam, tunc eadem ratio esset volendi finem, & ea qua favet ad finem.* Non enim potest in illo casu repugnare voluntas ei quod est ad finem, nisi renunciet ipsi fini.

Ex quibus electionis & usus regulis, naturæ lumine perspicuis, facile ante advertitur, unde tota illa indifferencia contradictionis, quæ in electione, usu, imperio, & similibus ministerialibus affectibus cernitur, oriatur & metienda sit; Nimirum non ex libertate arbitrij respectu illorum actuum, sed ex amore finis, heredi potestate famulis suis dominante. Nam sive unum duntaxat ad sit medium sive plura, sive cavere possit electionem, astrictius, ita finis amore postulant; sive non possit, salva libertate utriuslibet fieri. Nam ex ordine finis posse in eligendo desistere, perinde ut in ratiocinando ab ordine principiorum, Thomas & veritate judicet, non oportet esse, sed imbecillitate non libertas, sed defectus ejus, non à Deo datus, sed ex ingenita nature infirmitate in fitus, vel à diabolo seminatus. In eo quippe electionis natura & libertas posita est ut sit in arbitrij

potestate, hoc est, ut eligat & non eligat cum
 voluerit, quod tunc perfectissime fit, cum se-
 quitur ad amissionem naturam Domini sui, qui est
 amor finis: ab illo quippe exercitur & com-
 promittitur, prout finis dilecti ratio poposcerit,
 ab illo mutatur esse suum, libertatem suam,
 indifferentiam suam. Est quippe affectuum
 omnium postremus, vilissimus, servilissimus,
 natus obedire, non imperare, & propterea mi-
 nime omnium libertatis capax: & si qua suscipit,
 illa non minus ac bonitas ejus, ex affectu prin-
 cipe derivatur, & expendi debet. Ut sane
 mirandum sit, quid Philosophiae sectatoribus
 in mentem venerit, qui libertatem arbitrii ex
 abjectissimo servilissimoque voluntatis actu
 ponderare voluerunt, quae in principe collo-
 canda est. Libertas enim, omnium hominum
 iudicio, dominium non servitutem, atque id
 quod non alterius, sed sui gratia est, sonat.
 Unde quod sanctus Thomas praeclare de po-
 tentia voluntatis Aristotele iustagante di-
 cit: *Voluntas imperium habet super omnes anima-
 vires, propter hoc quod eius obiectum est finis; unde
 convenientissime in ipsa summum libertatis invenitur.
 Liber enim dicitur qui causa sui est, ut in prima Me-
 taphysicorum dicitur; & vice versa alibi: Oportet
 ut ea (potentia voluntatis) quae est liberri-
 ma super alios imperium & dominium habeat: hoc,
 inquam, ipsissimum multo magis, verissimeque;
 de primo, nobilissimo, imperiosissimoque vo-
 luntatis actu dici potest, & juxta Augustinum
 debet: amor imperium habet super omnes
 animae vires, propter hoc quod ejus obiectum
 est finis: unde convenientissime in ipso sum-
 mum libertatis invenitur. Liber enim dicitur
 qui causa sui est. Nam aliqui unde nascitur
 quod ille solus omnibus affectibus, ma-
 ximeque servilibus illis quos diximus, domi-
 netur? Nisi ex illo principio, quod sanctus
 Thomas tetigit, quia oportet ut qui est liber-
 rimus, super alios imperium & dominium ha-
 beat. Quo sane nihil congruentius Augustini
 principis quae deduximus, dici potest. Nam
 ista una causa est, cur libertatem in actibus,
 sive bonis, sive malis semper respectu finis at-
 tingat; atque adeo, ut in universis operibus ejus
 reperiri possit libertatis mentio in actibus
 amor finis servientibus, nisi quatenus in illis
 amor finis emicat & attenditur. Nam hinc illa
 toties repetita de libertate charitatis in omnium
 praeceptorum (quae non finis, sed eorum quae
 sunt ad finem rationem obtinent) observatione
 dominantis: Liber enim praeceptum facit, ut ille
 loquitur, qui libens facit, id est, qui ipsam justitiam
 praecepti diligendo facit. Non enim aliter
 electionis praeceptorum, & usus & cuiuscumque
 voluntatis libertatem explorat Augustin-
 quam bonitatem. Nam utramque ex amore fi-
 nis in ea relucens pariter trahit.*
 Quapropter merito Scholasticis quibusdam
 eruditissimis, & contentiosa Theologiae Co-

ryphaeis, absurdum visum est, quod libera di-
 ceretur voluntas in eligendis ijs quae sunt ad
 finem, & non in appetendo ipso fine, quan-
 tumcumque, appeteretur necessario, sententiam-
 que suam non aspernandis rationibus probant.
 Non enim necessitatem libertati, sed naturam
 repugnare dicunt, & recte dicunt. Nam Ari-
 stoteles in Metaphysica distinguit liberum a
 naturali, & secundo Physicorum causam acti-
 vam in naturam & propositum, quae de re su-
 pra latius diximus. Proinde fieri non potest,
 ut eadem potentia voluntatis circa finem ver-
 setur ut natura, quantumvis in eum ferri po-
 natur necessarium, & in ea quae sunt ad finem, ut
 potentia libera; sic enim distingueretur eadem
 activa potentia in se ipsam & in oppositum
 sui. Tam enim impossibile est, ut una potentia
 duos oppositos operandi modos habeat, qui
 per se & primo & immediate principium acti-
 vum dividant, quam ut in eadem specie in-
 sint duae differentiae quae genus ejus dividant.
 Neque vero refert, quod idem intellectus cum
 discursu & sine discursu comparatione diver-
 sorum operetur. Nam illi non sunt modi ope-
 randi ita oppositi, ut principium activum im-
 mediata & prima divisione dividant, non ma-
 gis quam agere cum indifferentia & sine in-
 differentia contradictionis, quam agere cum
 deliberatione, & sine deliberatione, quam de-
 nique agere simpliciter volendo, & ad aliud
 simpliciter volitum referendo, respectu vo-
 luntatis.

Imo vero, ex hoc ipso quod voluntas libere
 versatur circa ea quae sunt ad finem, ut re-
 centiores volunt, recte omnino concludi vi-
 detur, eandem libertatem esse respectu finis.
 Nam eodem omnino actu attingit utrumque;
 ut proinde fatendum sit, utriusque compara-
 tione voluntatem ferri libere, vel certe in eod-
 dem actu esse oppositos agendi modos. Vidit
 haec omnia & breviter expressit Doctor sub-
 tilis: *Non sunt eiusdem potentia activa oppositi mo-
 di agendi, & maxime isti, naturaliter & libere, qui
 primo distinguunt potentiam activam. Quia si voluntas
 comparatur ad finem per modum naturae, & ad eum
 ad finem per modum libertatis, ipsa non erit potentia
 activa una respectu istorum: & tunc nulla potentia
 erit, quae eligat ens ad finem propter finem. Nulla enim
 potentia eligit, hoc propter illud nisi velit utrumque
 extremum &c. Eadem latius tradit, & iisdem
 pluribusque rationibus probat in questioni-
 bus quodlibeticis ex professo docens, cum ne-
 cessitate ad volendum stare libertatem. Et illi sen-
 tentiae probandae praeter Augustinum profert
 sanctum Anselmum, quem sic loquentem in-
 ducit. *Qui sic habet quod decet & expedit, ut hoc
 amittere nequeat, liberior est quam ille, qui sic habet
 hoc ipsum ut possit perdere. Et ex hoc concludit, in-
 quit, liberior igitur est voluntas quae a rectitudine de-
 clinare nequit.**

In 2. dist. 25.
 a. 2. ad 4.
 In 2. dist. 24.
 q. 1. a. 3. in
 corp.

LAND...
 ...

Scetus in 2.
 dist. 10. q.
 unica m. 10.

Scetus in
 citato.

Idem Scotus
 quolib. 16.
 a. 1. n.

Auf. 18. de
 liv. arit. co-
 rario a Grego

CAPUT

CAPVT XIV.

Afferuntur quatuor absurda, quæ ex necessitate talis indifferentiæ contradictionis sequuntur:

ET sane si non est alia libertas vera voluntatis, quam agendi & non agendi, seu faciendi & non abstinendi ab eo quod facis, gravissima absurda evitari nequeunt, quibus non solum tota doctrina sancti Augustini funditus concutitur, sed etiã sensus Christianæ pietatis læditur, & communis offenditur.

Primo namque sequitur, operationem divinæ gratiæ ex diametro repugnare arbitrij libertati. Duplicia quippe præcepta sunt quibus implendis iuvat gratia, negativa & affirmativa. Negativa implentur non faciendo quod prohibetur; cui contradictoriè opponitur facere quod prohibetur; affirmativa vero, faciendo quod iubetur. Effectus autem gratiæ est efficere, ut affectu volendi suscitato velis; quod torpore concupiscentiæ impediente non vis; & nolis facere, quod à stimulante concupiscentia urgeris ut facias. Nam ipsum, non consentire & non facere, gratiæ victricis effectus est. Facit autem hoc gratia fortiter affligendo affectum ipsi iustitiæ ne deorsum cadat, idque non aliter nisi cœlestis delectationis vehementia, quasi suavi amorosoque vinculo, ut non solum experientia ipsa testis est, sed sexcentis locis Augustinus docet:

Tanto quidque vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit novimus, eo que delectamur audentius.

Et rursum: Nolent homines facere quod iustum est, sive quia lateat an iustum sit, sive quia non delectat deo. Ignorantia igitur & infirmitas vitia sunt que impediunt voluntatem ne moveatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum: ut autem innotescat quod latebat, & suave fiat quod non delectabat, gratia Dei est que hominum adiuvat voluntates. Nimirum non solum ut agant bonum & non malum generaliter, sed etiam ut iusti agant hoc bonum quod non agebant, & abstineant ab hoc malo quod alioquin agerent, vel agebant. Vnde mox Augustinus adiicit: Ideo quisque nostram bonum opus suscipere agere, implere, nunc scit nunc nescit, nunc delectatur nunc non delectatur, nunc noverit non sua facultate sed divini muneris vel quod scit vel quod delectatur.

Res ista alibi operosius probata est. Est enim in Augustini scriptis exploratissima. Effectus igitur gratiæ est, delectando voluntatem facere ut actu velit, & faciat id quod ante languore vel torpore quodam non volebat, neque faciebat. Et ita diametraliter repugnat Philosophicæ libertati seu indifferentiæ libertatis; quia illam extrahit ab indifferentia agendi, eamque determinatè facit agere vel non agere, velle vel non velle. Quæ quidem contradictio tanta est & tam præcisâ, ut si perfecta cœlestis gratiæ delectatio voluntati

Atribuatur, indifferentiam illam Philosophicæ libertatis funditus interimat, sicut hoc in animabus sua beatitudine fruentibus manifestum est: quia non amplius illo rone delectantis gratiæ asperguntur ut nos, sed ejus torrente inebriantur, qui affectum tantopere ad diligendam iustitiam & non diligendam iniquitatem rapit, ut non possit illam non diligere, vel hanc diligere. Hoc autem certissimum signum est directæ repugnantia, etiam in infimo gradu. Nam si perfecta gratia perfectè indifferentiam libertatis tollit, imperfectior imperfectè tollet. Sic enim exploramus qualitatam repugnantiam, ut illas, in quocunque gradu fuerint, contrarias esse statuamus, quæ cum perfectæ fuerint ab eodem subjecto se exterminant, quantumvis in imperfectis gradibus se simul esse patiuntur. Quod in calore & frigore, candore in nigrore, scientia & ignorantia, & infinitis exemplis videre licet. Gratia igitur quæ facit facere, directè repugnat libertati, si libertas in indifferentia agendi & non agendi sita est. Nam illa indifferentia perfecta instar bilancis est, quæ facillimo nutu in alterutram partem impelli potest. Hæc autem illo ipso diminuitur quo vel tantillum alterutri parti additur. Nam quo magis addideris, eo difficilius in alteram partem erigitur vel deprimetur, ita ut tandem amoto alterius partis pondere totius voluntatis & corporis vires in contrarium non sufficiant. Eadem profus est indifferentis voluntatis ratio. Minimus motus gratiæ tollit perfectam æquilibrium, major minuit, maximus penitus adimit. Hoc ita verum est, ut nec ipsi Scholastici, istius indifferentis patroni libertatis, hoc negare queant: *Dum per gratiam prevenitur, inquit Suarez, & inclinatur liberum arbitrium, quodammodo indifferentia eius minuitur.* Quod quia libertatem vehementer infringere videbatur, idcirco addit, *quodammodo, verbi suavitate absurditatem secururam temperans.* Sed res vel cæcis est perspicua, quod per inclinationem in alteram partem, indifferentia in utramque tollitur. Nam hinc est, quod fatentur aliquando tam vehementes esse divinæ gratiæ motus, quod in sancto Paulo & similibus perspicuum est, ut moraliter sit impossibile resistere, quantumvis aliquid semper indifferentiæ remanere velit, ut videlicet difficile resistere possint, sed tamen possint. Hinc est, quod confirmatos in gratia dicant tractibus ejus moraliter resistere non posse, etsi physice possint. Quæ terminorum obscuritate quantumvis sese tegunt, hoc tamen aperte confitentur, eo magis imminui voluntatis indifferentiam, quò est aciores fuerint gratiæ motus.

L 4

quod

quod profecto evidentissimum est directæ contrarietatis argumentum. Egregia sane Philosophia, præclara gratiæ laus, mira defensio humanæ libertatis, recondita utriusque conciliatio, ut altera alteram perfecta destruat, & non nisi in diminutis gradibus consistere queant. Nimirum Deo vigilanter prospiciendum est, ne gratiam augendo libertatem subrepat. Paradoxa sunt hæc, antiquitati & Ecclesiæ inaudita, quæ adversus Pelagianos libertatis interitum ex operatione gratiæ sequi clamantes, tanquam cælitus missum oraculum semper illud Augustini suspexit ac tenuit:

Ep. 29.

Lib. de or. gratiæ 8.

Ibid.

Hæc voluntas libera tanto erit liberior, quanto sanior: tanto quærit sanior, quanto divina misericordia gratiæque subtilior. Voluntas quippe humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem. Quorum rerum evidentia exclamare compulsi Augustinum: Ecce quemadmodum secundam gratiam Dei non contra eam libertatis defendimus voluntatem.

Secundo sequitur, multo magis omnem concupiscentiæ motum similiter directam habere repugnantiam cum libertate. Repugnet enim ex diametro indifferentiæ voluntatis, cum hoc efficiat blanditijs motus sui, ut qui ad agendum & non agendum, ante motum quod esset indifferens, ipso motu libidinis in alteram partem instar æquilibrij, cui pondus additur, impellatur. Quod certe tam evidenter uniuscujusque renunciat conscientia, ut omni probatione altius clamet. Quid enim alioquin causa est, ut magis pulsari quam vacui tentatione peccemus? Quid sibi vult læta tanto difficilius, quanto tentationis motus est violentior, quod tantis quotidie clamoribus poscimus: *Et ne nos inducam in tentationem*, si tentationis motus non tollit indifferentiam agendi & non agendi, quam ante sentiebamus? Ut quid dicit Apostolus unumquemque tentari à concupiscentia sua abstractum & illatum, si relinquat animum in eadem indifferentiæ libertate? Ut quid dicitur ab ejus Coapostolo, lex peccati, nisi quia, ut Augustinus exponere solet, animum indifferentem non verbis sed periculosissimis motibus habet, & quodammodo cogit ut peccet? Ut quid denique recentiores ipsi profitentur tentationibus gravibus sine gratiæ adjutorio difficillimum esse resistere? Ut quid gravissimi peccatores totis medullis flagrante libidinis motu clamant, se voluntatis infirmitate non posse non cedere, & eos verum dicere, non semel Augustinus docet; nisi quia gravissimus fit in alteram partem impulsus libertatis, cui ad æquilibrium reducendæ; par vel major gratiæ delectatio necessaria est? Ita vero augeri posse motum titillantis cupiditatis, ut non possit ei indifferentis libertatis nisi amplius repugnari, sine sanæ doctrinæ violatione negari nequit. Nam illa fuit superbissima Pelagiani dogmatis machina, Augustini disputatione contrita, hominem sufficere ingenitis sibi motibus dare leges: *Quod vos dicitis*, inquit Augustinus, *Christiana doctrina non dicit, id est, (ut ver-*

Ep. 4. cont. Jul. c. ult.

*ba tua ponam) hominem sufficere ingenitis sibi motibus dare leges. Cum igitur motus tentationis violentissimus victam opprimat indifferentiam, profecto minor minuet, & uterque perspicue demonstrabit, non motus carnalis concupiscentiæ titillationes, quàm gratiæ spiritalis delectationes capitale ac diametralem cum indifferentiæ libertate hostilitatem exercere. Vnde de concupiscentiæ motibus Paulus: *Invenio aliam legem in membris meis repugnantem legi menti meæ, & captivantem me in lege peccati, id est, captivare conantem.* De gratiæ motibus Psalmes: *Inclina cor meum in testimonia tua.* De utriusque sapientis: *Cor regis in manu Domini, quocumque voluerit inclinabit illud.* Et Augustinus: *Hic & talibus testimonijs divinum eloquium, satis quantum existimo manifestatur, operari Deum in cordibus hominum, ad inclinandas eorum voluntates, quocumque voluerit, sive ad bona pro sua misericordia, sive ad mala pro meritis eorum. Inclinare autem & captivare cor, & voluntatem in testimonia, vel à testimonijs revocare, cujuslibet sani hominis sensus judicat, non posse fieri sine impulsu ac depressione indifferentis libertatis in alterum latus; quemadmodum statæræ æquilibrij inclinari in alterutram partem impossibile est, sine indifferentis illius a quavis præjudicio.**

Tertio sequitur omnes habitus & consuetudines animi sive bonas, sive malas directe repugnare libertati, quia directe repugnant æquabilitati illius indifferentiæ. Hoc enim proprium habituum munus est, facilitatem operandi afferre facultati, & consequenter difficultatem operandi oppositi. Non enim potest facilitas unius partis crescere, nisi decrescat alterius. Nam inde nascitur quod avarus non possit, nisi summa difficultate, liberalitatis opus facere. Quod in omnibus habitibus similiter locum habet. Indicat hoc Scriptura cum dicit: *Reversi difficile corriguntur.* Et: *Si mutare potest atrox pellem suam, aut variatas varietates suas, & vos poteritis bene facere cum didiceritis malum.* Et: *Quomodo potestis bene loqui cum sitis mali?* Et: *Quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem &c.* Agnovit hoc quantumcumque fuerit indifferentis patronus libertatis Iulianus: sed eum propria pugilans confessione Augustinus: *Cum dixeris*, inquit, *affectionalem qualitatem (sub qua habitus comprehendendi declaraverat) ortam ex maioribus causis, atque ita inherescere, ut aut magnis molitionibus aut nullis separaretur, quando secundum eam dicitur animus malus, aut potius homo malus, nonne meritis ne voluntas bona aut non ibi esse possit, aut valere nihil possit? Nonne concedis hominem miserum, quicumque ille sit vel fuerit, carere adversus talem clamasse qualitatem, velle adiacet mihi, persicere autem boni non invenio? Hic saltem fatemini esse istorum verborum genuinum necessarium, *Qui me liberabit &c.* Quapropter non veretur Augustinus hujusmodi consuetudines seu habitus malos, multis suorum scriptorum locis peccandi necessitates, & libertatem vocitare, ut superius declaratum est: quod non est aliud, nisi si claris*

verbis

Rom. 7.

Ps. 118.

Prov. 21.

Lib. de gen. & lib. ch.

c. 22.

Ps. 101.

1. Tim. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 8.

1. Cor. 6. cont.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

verbis diceret, indifferentia interitum; affigit enim ad alteram partem necessitas: Dum feruntur libidini facta est consuetudo & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas &c. Voluntas autem nova qua esse caperat, nondum erat idonea ad superandam priorem vetustate roboratam. Nonne multo efficacius exprimit id quod dico, quam si voluntatem non amplius indifferentem permanisse fateretur? Quid quod ipsos Pelagianos hoc idem in superiori illa qua protulimus confessione, profiteri coactos dicit? Tu quoque ipse in libro novissimo tuo eorum, quos contra unum meum quatuor edidisti, ex affectu omnibus atque passionibus animi dicit e ventis bonis affectionalem qualitatem, atque ita inherere, ut aut magnis malitiosis; aut nullis omnino separatur? Quis quis ergo ea similitudine peccaverit, qua ab illo non potest separari, quid aliud quam necessitate peccabit? Et attendens per talem consuetudinem, perisse eam qua ante fuerat, non peccandi libertatem seu indifferentiam: Qui ut istam patitur necessitatem, non nisi peccandi consuetudine premitur, procul dubio prius quam peccaret, nondum necessitate consuetudinis premebatur? Et adhuc manifestius: de per hoc etiam secundum vos peccandi necessitas, unde abstinere liberum non est, illius peccati panis est, & quo abstinere liberum fuit, quando nullum pondus necessitatis urgebat. Qua de causa eodem loco discretissimis verbis, de illis qui simili laborant qualitate aliqui tunc dicit: Perit libertas non peccandi: Non est eis liberum abstinere. Quocumque vero modo illa intelligi debeant, de quo alio loco disputatum est, hoc saltem est ex Augustini sententia ut minimum apertissimum, certissimum, verissimum, etiam Pelagianis iudicibus, quod indifferentia peccandi & non peccandi per similes habitus interimitur, eoque magis, quo magis consuetudine roborati fuerint. Cujus telis irrefragabilis est reus eorum, quando expugnandi sunt, eo pertinacior quo fuerint innoxios: Tanto enim amplius, inquit Augustinus, in ea (libidine) superanda laborabit, quanto maiores ei consuetudo vires dedit.

Nec vero hic dici potest habitus diminuereduntaxat aut tollere indifferentiam contrarietatis; hoc est, boni & mali, non autem contradictionis, hoc est, agendi & non agendi. Nam quamvis verum sit immediate per habitus primam indifferentiam tolli, mediate tamen etiam secunda semper diminuitur, nonnunquam tollitur. Nam ex isto capite proficiscitur, quod luxuriosi, avari, superbi in perpetuis vitiorum istorum voluntur cogitationibus ac desiderijs, & ea momentis omnibus vel corpore vel animo, quantum fieri potest operentur. Et in eo sita est ea que paulatim crescit animi sanitas, ut decrecente mala qualitate non solum facilius operentur bonum, sed etiam languidius atque rarius incitentur ad malum. Quod quamvis per se motum ac statum incernorum peritis perspicuum sit, non erit tamen supervacuum Augustinum audire discretem: Vellem mihi diceret utrum a morbo fornicationis sanior non fuit, quem fornicari minus

minusque delectat? Et paucis interjectis: Item quo post consuetudinem violentia baptizatus & nunquam se deinceps prorsus inebrians, vellem diceretur utrum ab isto morbo non fiat in dies sanior, quam fuerat cum potationis gurgitem minus minusque desiderat quam solebat? Et explicans rursus clarius quomodo motus minores rarioresque susciuntur, quibus ad illa peccata pellebantur: Deinde si proventus concupiscentia bona qua concupiscentias malas formicandis, potandique debellat, talis efficitur qualis recenti conversione non fuit, ut illorum in eo desideria peccatorum minus minusque moveantur, ut adversus ea mala non tamen, quantum prius, exerceat, sed minor certamina, non virtutum diminutione sed hostium, nec deficiente pugna sed crescente victoria, dubitabis eum pronunciar e meliorem? Unde ex extinctione talium desideriorum, totos habitus, seu malas qualitates ablatas esse concludit: Cum vero occurrit quod concupiscatur, nec desideria mala nobis etiam volentibus commoventur, sanitas plena est. Habitus igitur non solum impotentiam adducit operandi boni, quod et contrarium est, quasi solum contrarietatis indifferentiam tollerent, sed etiam potentissime creberimeque urget ad operandum malum; ut ab eo abstinere non sit liberum, nec salva maneat indifferentia contradictionis que ante habitum fuit.

Quod vero de habitibus malis diximus, hoc simili fere modo & in bonis locum habet. Quanto enim magis auctus fuerit habitus bonus, tanto minus indifferens animus ad utrumque manet. Unde subinde succedente bono effectus charitate, & irrequieta divini amoris desideria suscitante, tam profundas subinde raices animus in bono agit, ut sibi certa peccatorum genera, quorum infirmitas magis curata est, non nisi vim inferendo consuetudini suae, velut alteri naturae, non posse perpetrare videatur. Nam inde fit quod tanta cum facilitate ac delectatione facit actus illius virtutis bonos. Ex quibus perspicue sequitur per quodcumque incrementum propensionis in alterutram partem, paulatim magis magisque minui indifferentiam, & consequenter libertatem, tunc vero eam possideri perfectissimam, cum homo fuerit quasi tabularasa, hoc est, simul atque ex infantia ad usum rationis venerit. Tunc enim neutram in partem vehementer propensus est, vel certe cum per nonnullam virtutis aut vitij exercitacionem ad illud equilibrium perductus fuerit, ut perinde ad vitium virtutemque propendeat; vel si in alterutram magis vergit, cum per actuales timoris, concupiscentia, aut gratiae motus sursum deorsumve vel in hanc vel illam partem rapitur; ut animus quasi aequali lance libratus hareat. Unde principiorum novorum solum sequendo, eo usque quidam recentior progressus est, ut dicere ausus fuerit, modum operandi liberè, per gravem metum non impediri, sed potius augeri: Nam tunc, inquit, cenferur esse maior libertas in agendo, quando ex utraque parte habes urgentem aliquam causam. Tunc enim non subito rapitur in unam partem per a alia, sed magis

lib. 9. con.
lib. 9. p. 1.

lib. 7. con.
lib. 9. p.
cap. 156

lib. 14

lib. 3. de stat.
lib. 1. de leg.

lib. 6. con.
lib. 1. c. 18

lib. 14

lib. 6. 19.

lib. 14

Beatus
Bonaventura
7. lib. Schol.
p. 213. tract. 4.
q. 10. n. 19

magis

magis ad rem amorem indifferens est. Hoc autem a vult contingere in metu. Nam ex una velles non facere & desiderium obiecti, ex altera velles facere propter metum aliquid mali. Ecce praeclarum libertatis genus, quod (ut dicitur Baridani) propter rationes utrimque a qualiter huc ducet. Sed haec & similia veteribus inaudita sunt, & in Augustini doctrina paradoxa, apud quem nunquam animus liberior est a libertate qua liberum arbitrium dicitur, quae contra Felagianos ab Augustino defensa est, quam cum perfectissimo charitatis, vel iniquitatis habitu firmatus fuerit, & liber metu flagrantissimis delectationibus ac desiderijs habitum sequi solitus. Ictur in bonum aut malum. A vbi obsecro, quando arbitrium, iuxta sanam doctrinam, sit maxime ad peccandum liberum: Liberum arbitrium usque adeo in peccatore non pergit, ut per illud peccet maxime omnes qui cum delectatione peccant. & amore peccati hoc ei placet quod ei libet. Audi vicissim quando sit maxime ad benefaciendum liberum: Haec voluntas libera tanto est liberior, quanto sanior, tanto autem sanior, quanto divina misericordia gratiaque subiectior. Nemo autem dubitat, tunc maxima cum delectatione peccari, cum consuetudo mala seu habitus malus quodammodo in naturam versus fuerit: Operatio enim secundum habitum est maxime delectabilis. Neque quidquam certius est, quam voluntatem tanto esse sanior, gratiaque subiectiorem, quanto firmius fuerit virtutum habitibus in bono, maximeque celesti illa charitate stabilita. De isto vero equilibrio libertatis quod sit per dilectiones vel timores ut utrimque animum divellentes, audi quid sentiat Augustinus: Si ex adversa existant duos, praecipuum iustitiae & consuetudo carnalis & utramque diligunt, id sectabimur quod amplius habuerimus; Si eandem utrumque diligunt, nihil

Lib. 7. ad
Bonif. 8.

Epist. 89.

In Epist. ad
Galas.

horum sectabimur, sed aut timore in vici trahemur in alterutrum partem: aut si utramque aequaliter etiam amemus, in periculo sine dubio remanebimus, sicut u dilectionis & timore alternante quassati. Quibus verbis aequilibrium in istud libertatis, tantum abest ut ad liberam electionem aliquid conferre velit, ut potius nihil ei sentiat capitalius repugnare. Neutram enim in partem motibus reciprocis hac illae fluctuans se determinate potest. Alibi vero docet timorem tollere libertatem, exortamque metui voluntatem non esse liberam. Nam de illo loquens qui timore compulsus aliquid facit: Si facit, inquit, non quidem pleura & liber a voluntate, sed tamen non facit nisi voluntate.

Quarto sequitur, meritum bonum & malum eo minus esse ac decoratius, quo quis in bono vel malo fixioribus habitibus radicans fuerit, vel efficacioribus gratiae motibus tractus; gravissimorum proinde peccatorum delicta esse minora, sanctorumque actiones eo esse in promerendo premio deterioris notae, quo habitus aut gratiae motus eos magis ex equilibrio indifferents illius libertatis extraerint, & in alteram partem sive ad agendum, sive ad non agendum inclinaverint. Meritum enim ac demeritum ex arbitrij libertate quam maxime ponderatur, omnium hominum iudicio non Augustini modo, sed & Scholasticorum, quandoquidem intereunte libertate profus intereat. Necesse est igitur, ut immutata quoque libertate, minuatur, & eadem augetur, augeatur. Iam autem declaratum est, indifferentsiam libertatis per quilibet quod in alterutram partem determinate trahit, minui, & per id solum augeri posse, quod eam ad illud libertatis ad utrumlibet indifferentsiam equilibrium accedere facit.

CAPVT XV.

Aliae tres absurditates ex ista indifferentsia contradictionis consecutanea aperiuntur.

QVINTO sequitur, Christum Dominum ac beatos vi amoris beatifici omnem omnino libertatem amisisse adimplendi praecipua naturalia & positiva, quatenus praecipua sunt. Difficultatem illam ineluctabilem esse Scholasticis, satis perspicue probat, quod illa ipsae solutiones quas tanquam probabiliores amplectuntur, ita difficultati satisfaciunt, ut nec attingant quidem, vel auctores sub ea succumbere manifestum sit. Nam qui in ista materia plausibilis illi malo mederi voluit, dicunt, quamvis determinentur ad bonum, non tamen ad hoc vel illud bonum, quia substantiam praecipui actus ex varijs motivis possunt facere, charitatis, iustitiae &c. sub quibus praecipuum erat. Alij dicunt, libertatem fuisse quantum ad intentionem actus; aliaque circumstantias loci, temporis, modi, &c. Alij actus

reflexos liberè exerceri posse circa actum praecipuum etiam necessarium, & per illos tanquam honestissimos & liberrimos esse posse meritum, si status viatoris ferat. Alij conjungunt omnes modos simul, dum singulos suspectos habent, ut si forsitan in uno cadant, altero subleventur. Sed, ut ante monui, nullus istorum modorum, nec omnes simul, vel nodum ipsum tangunt, & tacite clamant auctores hastam & clypeum abijcere, difficultatis mole superatos. Nam ex quocumque motivo non praecipuo, vel circumstantia non praecipua praecipuus actus fiat, vel quibuscumque reflexis actibus non praecipuis, praecipuus actus approbetur & offeratur Deo, nunquam ostenditur circa praecipuum, ut praecipuum, versari libertatem; sed tantummodo circa aliquid quod sub nullum praecipuum cadit, quod sane ad praecipuum adimplendi rationem per accidens se prorsus

profus habet. Quid si enim & motivum & omnes circumstantia precepti precribantur? Profecto hic omnes cuniculi clausi sunt, nec vllus datur exitus. Nam illud de reflexis actibus nihil ad propositum libertatis circa actum preceptum facit. Quapropter fatentur prudentiores, si omnes circumstantia quam minutissima, Christo Domino vel beatis mentibus determinata fuerint, nullum vestigium libertatis eis in preceptis esse reliquum. Et hoc ipsum fatentur aliorum etiam non fatentium responsiones, dum libertatem precepti actus ex circumstantiis quibuscumque non preceptis petunt.

Hinc sexto videtur sequi, etiam nullum consilium, ut consilium, a beatis cum indifferentia libertatis impleri; non enim liberum est beatis mentibus, nihil nisi Deum in omnibus & super omnia diligentibus, Dei consilium de meliori bono pretermittere. Deest enim illis torpor agendi, deest ille negotiorum vel circumstantiarum concursus qui nos subinde perplexos, & a consilii adimpendis aversos tener, quamvis ea Deo nobis dilecto, spectatis omnibus circumstantiis gratiora esse cognoscamus. Sed si talis nobis esset affectus ardentissima charitatis erga solum Deum, qualis viatorum quorundam mentes accendit, qui etiam voti sui agendum prefixerunt quidquid magis Deo placere cernerent, profecto neque nos fas nobis esse putaremus, Dei nobis dilectissimi consilia pretermittere.

Itaque septimo dubitari merito potest, an non omnia omnino qua agenda sunt usque ad ultimas circumstantiarum fibras, beatis mentibus ab incommutabili veritate, live precipiendo live consulendo, precribantur. Beati enim non sicuti nos voluntatem Dei per signa discunt, sed aeternam eius voluntatem in aeterna eius sapientia incommutabiliter radiantem, & in immobili eius veritate cognoscunt. Veritas autem pertingit usque ad ultimas actionum fibras & circumstantias & momenta, ita videlicet ut sicut precribit hoc vel illud esse faciendum, ita etiam dicit hoc modo, hoc tempore, hoc loco, hoc motivo esse faciendum. Qui ergo ipsam lucem veritatis videt, ex qua nobis quidquid veri cernimus, patet, videt in ea precribente etiam ultimas agendi radices & circumstantias. Ab huius autem veritatis amore deficere non possunt, cum nihil sit charitas nisi aeternae veritatis amor: nihil igitur possunt quod illa precripserit pretermittere. Carent igitur illa agendi & non agendi indifferentia in omnibus illis qua incommutabili veritate precribuntur: illa autem precribit omnia, que quoquo modo beati secundum prudentiae regulas agenda iudicant. Vnde enim alioquin agenda iudicarent id quod ponderatis omnibus circumstantiis agunt, nisi in illa incommutabili veritate? Omnia ista in Augustino manifesta sunt: *Vident (Angeli boni) faciem tuam semper & ibi legunt sine syllabis temporum quid velit aeterna voluntas tua (scilicet per istos fieri) legunt, et*

*Agunt & diligunt, semper legunt & nunquam precribent quod legunt. Eligendo enim & diligendo legunt ipsam incommutabilitatem consilii tui. Et libro octavo de Genesi ad litteram: Subimibus Angelis Deo subdite fruuntibus, & Deo beate servientibus subdita est omnis natura corpora, omnis irrationalis vis, omnis voluntas, vel infirma vel prava, ut hoc de subditis vel cum subditis agant, quod natura ordo poscit in omnibus iubente illo, cui subiecta sunt omnia. Ecce Angeli beati in omnibus qua in mundo faciunt iustum voluntatis, hoc est, veritatis eius faciunt. Quod mox uberius & clarius & expressius explicat: Primum illi in illo veritatem incommutabilem vident & secundum eam suas dirigunt voluntates. Quid manifestius? Sed audire iterum: Fium ergo illi, participes aeternitatis, veritatis, voluntatem eius semper facientes sine tempore & loco, moventur autem eius IMPERIO etiam temporaliter, illo non temporaliter moto. Ecce semper voluntatem Dei faciunt, semper secundum veritatem suam dirigunt voluntatem. Qua de re adhuc luculentius in libris de Trinitate: *Constituamus animo ralem sapientem, cuius anima rationalis iam sit particeps (instar beatorum videlicet) incommutabilis aeternaeque veritatis, quam de omnibus suis actionibus consulat, nec aliquid omnino faciat quod non in ea cognoverit esse faciendum, ut ei subditus eique obtemperans velle faciat. Et in libris contra Faustum: Sancti ac sublimis Angeli habent contemplationem & actionem suam: id enim sibi agendum imperant quem ille quem contemplantur, iubet, cuius aeterno imperio liberaliter quia suaviter servant. In quibus omnibus locis, iustum veritatis non est aliud, quam precriptum veritatis aeterna, quod nulla creatura actio vel omissio, nulla circumstantia subterfugere potest, quin semper verum sit omnibus ultimis circumstantiarum fibras ponderatis, hoc agendum esse vel omittendum, dummodo sit qui veritatis precriptum cernere queat. Hoc enim sibi vult illud in libris confessionum: *Vbi me veritas praesides omnibus consulentibus te, si mihi respondeas omnibus etiam diversa consulentibus. Ego quidem tu respondeo, sed non liquide omnes audiant.***

Quid, quod beati non tantum astricti sunt, ut divinae voluntati pareant, sed etiam ut excellentiori quo ab unoquoque fieri potest modo pareant? Hoc enim ab eis exposcit illa ardentissima divinae voluntatis veritatisque dilectio. Sed illa excellentia obediendi veritati in eo sita est, ut non quidem meliores vel sublimiores, sed tamen semper spectatis omnibus, aptiores circumstantiae loci, temporis, personae, modi agendi &c. qui in ipsa luce aeternae veritatis semper & immutabiliter eis patent, rejectis ineptioribus, sehantur. Ad illa igitur sehenda vi castissimi amoris alligati suat, ne alioquin veritatis quam diligunt, & praeter quam nihil diligunt, & propter quam cuncta diligunt, & supra quam nihil diligunt, & cui adherere & quam indivulse sequi, sola eorum dilectio ac delectatio est, cessantur esse non sectatores, sed discretiores, si non delectatores. Etenim si hoc quod omnibus consideratis

Lib. 13. Conf. c. 25.

Lib. de gen. ad lit. c. 24.

Lib. 3. de Trinit. c. 3.

Lib. 22. cont. Faust. c. 27.

10. Confess. c. 26.

deratis optimum ad agendum esse dicitur veritas, possit pratermittere, in quo quales id pratermittendum esse cernent, nisi rursus in ipsa incommutabili Veritate? Non autem dicitur Veritas hoc optimum esse ad omittendum, sed agendum. Ad agendum igitur adstricti sunt, & ad non agendum non sunt liberi. Si autem Veritatem hoc habere dicas, optimum hoc esse ut beatus suam sequatur voluntatem, & libertatem, ut id scilicet eligat quod volens sit in supremam statum regulam eligendi ipsam religens, voluntatem: quod certe per absurdum est, si non innotuim veritatem: cum veritatem sequi non potest excedere: creatura beatusdo sit. Imo vero illa ipsa libertas seu indifferentie sibi relicta determinatio, unde nascetur nisi lumen inexinguibili sapientie huc vel illuc determinandum esse dixerit? Non enim vel casus, vel fortuna, vel fato, sed prudentie in beata creatura, determinatio ista tribuenda est. Prudentie autem, vel Angelicæ, vel humanæ lux nulla est, nisi aeternæ veritatis præluxerit fulgor, quod nisi illustata verum cernere possit & sapere. Eo igitur semper revertimur, ut quidquid tandem agendum vel non agendum, hic & nunc spectatis omnibus circumstantiarum anfractibus, à beatis iudicatum fuerit, hoc non nisi in ipsa incommutabili Dei veritate

ac Sapientia incomparabiliter præscribente cernatur, à qua cum eis desistere non possit esse bonum, multo magis majus bonum illi vero adherere, sit eis summum bonum, & summa jucunditas; sequetur, eos in omnibus actionibus & omissionibus, illa Phil. sophicâ libertate, hoc est, agendi & non agendi indifferentia destitui. Tantum enim indifferentia manet in electione eorum quæ sunt ad finem, quantum in ea esse sinit ipsius finis intentio. Nam quemadmodum immobiliter stante finis intentione, fieri non potest, quin electio, mediis consequatur, ita si finis optimo excel. in summoque modo intendatur, necesse est optimissimi mediis electionem sequi; nullum autem aptius eo esse potest, quod aptissimum esse contententibus responderet aeterna veritas. Hoc igitur non possunt pratermittere, nisi forte aliquod aptius medium ab eis eligi possint, quam quod veritas aptissimum esse responderit. Porro excellentissimo modo à beatis in eandem suam seu diligere Deum, illam ipsam, inquam, incommutabilem veritatem; nec o sanæ pietatis dubitare permittitur, cum etiam in hac vita ille fuerit sanctorum ille sum sensus, qui purgatis hinc os habuerunt à rebus creatis animos, dum in omnibus maiorem Dei gloriam sibi querendam esse stauerunt.

CAPUT XVI.

Quomodo se habeat libertas arbitrij ad amplitudinem, eminentiam, independentiam, immensitatem, & similes voluntatis proprietates.

QUOD libertatem à peccato, quam juxta doctrinam sancti Augustini explicuimus, intellexerit, facile videbit animum à peccato dominante, vel, ut Augustinus etiam loquitur, ab amore mutabilium vel unliberum, & vi charitatis liberantis in uno summo bono, incommutabili videlicet veritate defixum, amplitudinem quandam consequi divina similem. Nam si ille qui adheret Deo, unus cum eo spiritus efficitur, ut testatur Apostolus, nihil mirum videri debet, si spiritus ejusdem cum quo unum efficitur, proprietates imbibit. Ex illius etenim castitate, quam charitate diligit, castus fit, ex illius justitia justus, ex illius invicta immutabilitate fit & ipse invictus & immutabilis, ex aternitate ejus, aternitate efficitur, sicut hæc omnia ex Augustino manifesta sunt. Ex immensa igitur amplitudine summi boni cui adheret, maximam affectus amplitudinem consequitur; ex eminentia creaturis omnibus excellere summam eminentiam & independentiam, quatenus ejus affectus ab omnibus liberatus est, ut eis in tantum dominantis, uti & non uti possit, prout dilecta veritas incommutabilis jubet. In hac igitur affectus amplitudine, universitate, immensitate, eminentia supra omnes crea-

turas, & independentia ab omnibus, seu quocumque alio eam nomine nuncupare libet sitam esse arbitrij libertatem non nulli volunt, & Augustini sententiam esse non dubitant. De cujus opinionis proficitate regatus, ut qualecumque judicium meum, quatenus sanctissimo Augustino attribuitur, interponere, non multum laboratur in arbitror eum qui superius hoc usque tractata intellexerit, quid juxta sancti doctoris principia statuendum sit. Ut tamen & illis quibus ejus doctrina minus fortasse penetrata est, liquidius & brevius constet, quid de ea re censendum putem, simplicissimo veritatis indaganda & asserenda candore ductus ita judico.

In primis quatenus auctor illius doctrinæ in hac amplitudinis assertionem fatagit, necessitatem illam indifferentie ad bonam & malum, quam libertatem contractat vocitant, à libertate secludere sententia, juxta mentem Augustini, est verissima. Hoc enim non solum illa loca quæ ipse tangit, sed alij plurimis, quæ produximus, probari potest. Secundo quod libertatem seu indifferentiam illam Philosophicam contrahentis ad agendum & non agendum non aliter putat esse necessitatem, nisi prout ordo finis postulaverit, non minus

lib. de vera relig. c. 46. c. 10.

mints Augustino consonat, qui summum hu-
 manæ libertatis in eo ponit, ut peccare, hoc
 est, à sine deviare non possit. Vtrumque su-
 pra juxta doctrinam Augustini suscipimus. Tertio, quod illud statum bonæ beatæ-
 quæ libertatis, quandam à creaturis omnibus
 avulsionem adjunctam habere traditur, in
 Augustini doctrina extra controversiam est.
 Nam hinc illa; *Quem delectat libertas, ab amore
 mutabilium rerum liber esse appetat.* Et similia
 quæ iam superius allegata sunt. Nam tota illa
 libertas à peccato quam Augustinus asserit,
 hoc ipsum postulat. Quarto, quod hinc oriatur
 quædam eminentia seu dominatio supra res
 creatas omnes; ut eis utatur vel non utatur,
 prout summi boni super omnia dilecti ratio
 postulerit, secundum Augustinum non est
 dubium, quamvis in locis ab auctore citatis,
 eo non respiciat: *Non est amore conclusus,
 inquit sanctus Doctor, neque velut membra sui
 animi facit: quod sit amando, ne carit referat
 perit, cum cruciatu ac tæbe sedent, sed eis totus su-
 perferantur & habere illa atque regere, cum opus est,
 parat, & amittere, ac non habere parat.*

Lib. de vera
 lib. 1. c. 43.

At vero, quod Augustinus docere velit in
 illa formalitate amplitudinis, eminentiæ, uni-
 versalitatibus, infinitatis quam affectus ex amore
 summi boni induit, sitam esse arbitrij liber-
 tatem, à qua videlicet liberum arbitrium no-
 minatum est, in facias ire nequeo, ita mihi no-
 vum visum esse, ut octodecim circiter anno-
 rum labores, quibus Augustini scripta non
 sine magna contentione, & veritatis investi-
 ganda indifferentia volvo & revolve, ad veram
 notitiam libertatis assequendam nunquam mihi in-
 mentem venerit hujusmodi aliquid Augusti-
 judicare potuisse. Cum enim sex etis locis li-
 bertatem arbitrij Augusti attingat, & multis
 ex professo contra errores inter se repugnantes
 Manichæos & Pelagianos; tem exequat, non
 est vel unus, quod sciam, in universis ope-
 ribus ejus locus, qui naturam libertatis ex-
 plicet per eminentiam, per amplitudinem, per
 universalitatem, & infinitatem; & similes
 proprietates voluntatis ex boni summi amore
 pullulantes. Aliud est enim istas condiciones
 adesse liberæ vel liberaræ voluntati, aliud in
 eis Augustinum collocare libertatem. Multa
 quippe alia condiciones ex voluntate per cha-
 ritatem justitiæ liberatâ proficiuntur, in qui-
 bus tamen propterea non est sita natura liber-
 tatis, multo minus in eis ab Augustino collo-
 cata est. Incredibile est enim tanto conatu
 sanctissimum virum pro libertate decertare,
 libertatem exponere, definire, dividere, &
 nunquam vel uno apice formalitatem illam
 exprimere, & cogitationis lectoris objicere.
 Nam quid sibi velint illa loca; quod voluntas
 sit libera cum peccare non potest; quod tanto
 sit liberior quanto sanior, tanto sanior quanto
 divinæ gratiæ misericordiamque subiectior; **D**
 quod tunc veraciter vincantur vitia, cum vin-
 cuntur delectatione justitiæ; quod delectatio
 sit justitiæ sive peccati, libertatem facit. Jam
 supra abundè ex plurimorum locorum accu-

A rata collatione & excussione declaravimus, &
 eorum genuinum sensum, quem Augusti-
 nianæ doctrinæ moles tota possit, expressimus,
 sine ulla talis amplitudinis, universalitatis vel
 infinitatis umbra, quasi in eis esset sita ratio
 libertatis. Nam ille locus ex Commentariis
 in Psalmos: *Acta est omnis malitia, sola innocentia
 lata est;* ad propositum vel tantam rem fun-
 dandam nihil facit. Non enim ibi agit Au-
 gustinus de arbitrij libertate, sed de cruciatibus
 conscientiæ, quibus sit ut animus afflictus
 & quasi arctatus fugiat foras in sensibilia,
 Amisâ quippe internâ tranquillitate, quie-
 tem in nugis quærit; cum è contrario libenter
 intrat in conscientiam innocentia, tanquam
 ubi nullas angustias patitur, quasi in latitudi-
 ne constituta in suo corde latetur. Sed quid
 illa ad libertatem arbitrij in universalitate vel
 amplitudine statuendam? Audite ipsum san-
 ctissimum Augustinum sua sententia proferentem.
 Cum enim versiculum illum explicaret: *De-
 ambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus
 mea:* Inter cetera dicit quod homo qui alijs
 nocet non deambulat quia non est, ubi angustias non
 patitur. Cui probando subijcit illam senten-
 tiam, *Acta est omnis malitia, sola innocentia lata
 est.* Et hanc innocentiam cordis dicit in eodem
 versiculo à Plalte dici *in medio domus mea.* Sic
 ergo rem totam exponendo subjungit: *Hanc
 domum quisquis habet malam: pellitur ab illa foras;
 quisquis enim in corde premitur mala conscientia,
 quemodo quisquis ab stibitio exit de domo sua, aut
 a fumo, non ibi se patitur habitare (quia don us
 videtur nimis acta) sic qui non habet quietem cor-
 habitare in corde suo libenter non potest. Tales foras
 exeunt à seipsis animi intentione, & de his que foras
 sunt circa corpus delectantur: quiescent in nugis, in
 spectaculo, in luxuria, in omnibus malis querunt.
 Quare foras voluerunt sibi bene esse? Quia non est
 illis in hunc, unde gaudeant in conscientia sua. Ex
 paulo post de homine jam bene operante: *Tam-
 en in domum suam, intret in conscientiam suam;
 imitiam invenies ubi deambulet, & psallat & in-
 telligat.* Hoc est, non amplius cruciabitur &
 arctabitur conscientia, ut foras in sensus fu-
 giat, sed potius lætabitur, & ut statim dicitur
In medio domus sua & in corde suo requiescet. Alia
 sunt profecto Augustini loca, et quæ vivacior
 color amplitudinis illi sententiæ affricari
 possent, apud illos præcipue qui phrasibus Au-
 gustini & sensibus minus allueti sunt: sed
 quia nec illa revera quidquam ad illam sen-
 tentiam susciendam faciunt, satis fuerit eorum
 sensum patetacere quando producentur.*

Quapropter illa opinio tribus in rebus ab
 Augustini sensu mihi videtur deviare. Primum
 quia quidquid Augustinus dixit de arbitrij
 libertate in bono seu à peccato, hoc illa sen-
 tentia universim de illa arbitrij libertate in-
 telligit, à qua liberum arbitrium & libera
 voluntas dicitur. Ex quo consequitur necessa-
 rio eos qui peccatis mancipati sunt, carere ar-
 bitrij libertate. Eodem sensu doctrinam Au-
 gustini Iulianus accepit, & hac de causa doceri
 à Manichæis, hoc est, Catholicis dixit, primâ

Mm

bonitas

27. ad B
nis. cap. 20

hominis peccato liberum arbitrium perisse. Quae sane
Lutherani sententia nihil verius, si nulla alia li-
bertas est arbitrii, quam quae in amore Dei, in
avulsiōe & creaturis, in operanda iustitia ex-
plicatur. Illam quippe libertatem perisse ex-
ploratum est; & si non est alia, nullam pro-
fecto libertatem arbitrio superesse, manife-
stum est. Patetur haec ipsemet Augustinus,
cum calumnias Lutherani respondendo retun-
deret: *Quaestio dicitur, inquit, quod primum bo-
norum peccato perierit liberum arbitrium de humano
genere? Sed quomodo non perierit, si non est
aliam libertas arbitrii quam qua uni adheretur
Deo. Libertas quidem perierit, inquit, per peccatum,
sed illa quae in paradiso fuit habenda plenam cum im-
mortalitate iustitiam. Hoc est, ut adiecit, ad bene
iustaque vivendum. An igitur nulla est alia liber-
tas arbitrii, quam illa bene iustaque vivendi?*
Audi respondentem Augustinum: *Liberum
arbitrium usque adeo in peccatore non perierit, ut per
illud peccent maxime omnes qui cum delectatione pec-
cant. Quod non est aliud dicere, quam pecca-
tores vere habere liberum arbitrium, & quam-
vis aliam, ut ibidem Augustinus loquitur, tamē
arbitrii libertate peccare. Unde in
voluntatem non minus vocat liberam in malis
quam in bonis.*

Secundo deviat haec sententia ab Augusti-
no, quia in hac ipsa bona beataque arbitrii li-
bertate asserenda nunquam tangit Augustinus
amplitudinem & similia, sed semper illa duo,
liberationem à malo, & delectationem in bo-
no, sicut fidelissime explicuimus. Ex quibus
duobus quamvis amplitudo possit sequi, nun-
quam tamen ullum vestigium reliquit Augu-
stinus ex quo colligi posset, eum libertatem in
illa formalitate collocasse: sed è contrario,
tibi maxime praecise loquitur, rationem liber-
tationis & delectationis clarissimis verbis
premit.

Tertio deviat haec sententia, quia oculos
in solam doctrinam Augustini dirigendo,
quam contra Pelagianos tradidit, qui illam
gratia libertatem naturae viribus inferebant,
minus attenditur, quid contra Manichaeos &

A Philoſophos affererit. Illi autem, maxime
postremi, nihil fecerunt vel curaverunt de
ista libertate per gratiam, qua adheretur Deo,
sed de illa qua iuxta omnium hominum sen-
sum, etiam Paganorum & eorum qui igno-
rant vel negant Deum, liberi arbitrii esse di-
citur in quibuscumque rebus civilibus & mo-
ralibus, seu bonis seu malis. Quapropter Au-
gustinus adversus illos ira detendit & expli-
cat arbitrii libertatem, ut nulla omnino facta
libertatis à peccato mentione, eam in omni-
bus omnino actionibus nostris, quae non nisi
volentibus nobis fiant, salvam & incolumem
esse restetur; & illam actionem nobis liberam
esse expressè diversisque locis doceat, quam
habemus in nostra potestate, illam non esse
quam non habemus. Ex qua definitione Ma-
nichaeos simul & Philoſophos destruit, &
quotquot suspicari sunt libertatem arbitrii qua
peccamus & beneficiamus, ex divina provi-
dentiae necessitate subverti. Haec est autem
illa libertas, unde arbitrium liberum facienda
quod volumus habere dicimus, quam Mani-
chaei & stoica fata subtrahunt, quam omnes ho-
mines ex seipsis esse sentiunt; denique, ut
verbo dicam, de qua quaestio est, quando de
liberi arbitrii natura cum Philoſophis & Ma-
nichaeis & Catholicis disceptamus. Qua de re
non est opus hic laboriosius iterum satagere,
cum in praecedentibus late disputata sit, & ex
Augustini scriptis undique consonantibus sta-
biliter. Illius libertatis arbitrii ramus, non
totus truncus, est libertas à peccato, quam
contra Pelagianos tradidit. Nam & in illa
elucet ista generalis libertatis ratio, quam
gratia liberans à peccato tribuit, quatenus
est in bonum praesertim libertatis charitatis
ponit in nostra potestate, qua alioquin ille
qui peccato dominanti subiugatus est, prorsus
caret. Et de natura quidem liberi arbitrii ha-
ctenus eo scopo disputavimus ut ac utriusque
percipere possimus, quomodo sanctus Augu-
stinus efficaciam medicinalis gratiae cum arbi-
trii libertate conciliaverit.

F I N I S

CORNE